




B. L 809. a.

L. rel. 1495

Gyarmatke



<36615975910015

<36615975910015

Bayer. Staatsbibliothek

Lat. 47. 58.
Hung.

Ling. Ungar.
& Fim.
Pg. 1477.

AFFINITAS
LINGVAE HVNGARICAE

CVM
LINGVIS FENNICAE ORIGINIS
GRAMMATICAE DEMONSTRATA.

NEC NON
VOCABVLARIA
DIALECTORVM TATARICARVM ET SLAVICARVM
CVM HVNGARICA
COMPARATA.


A V C T O R E
SAMVELE GYARMATHI
MEDICINAE DOCTORE
ET SOCIETATIS SCIENTIARVM GOTTINGENSIS SODALI CORRESPONDENTE
NEC NON SOCIETATIS NATVRAE CVRIOSORVM JENENSIS SOCIO.

GOTTINGAE
TYPIS JOANN. CHRISTIAN. DIETERICH. 1799.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

AVGVSTISSIMO AC POTENTISSIMO
TOTIVS ROSSIAE
AVTOCRATORI
PAVLO PRIMO.

POTENTISSIME CAESAR
DOMINE
LONGE INDVLGENTISSIME.



Non nisi sapientiae et gratiosissimae liberalitati debetur, qua Potentissimi Imperii Rossici Principes virorum doctorum studia haud dedignati sunt profequi, quod plures recentiorum populorum linguae nobis innotuerint, quorum antea ne nomina quidem fando accepta fuerunt. Pertinent huc linguae Votjakorum, Tscheremissorum, Tschuvaschorum, Permiorum, Vogulorum, Sirjenorum, Morduinarum, Esthonum, Finnorum et Laponum, quos populos fere omnes divina providentia Rossiae sceptro subjecit.

Spero itaque Caesar longe indulgentissime, TE audaciam, qua huic libro meo ab immortali Nomine Tuo splendorem et gratiam conciliare studui, non solum benigno animo mihi condonaturum, sed operam quoque meam in linguis populorum Tuae dominationi subjectorum diligentius perscrutandis adhuc collocatam, et in posterum, supremum numen et Tua Majestas si adnuerit, collocandam, favore Tuo amplexurum esse.

Cum primum Grammaticas trium linguarum primo loco memoratarum, quae Petropoli 1775 prodierunt, perlegerem, certissimaque in illis linguae meae patriae Hungaricae animadvertere viderer vestigia, percussus sum intimo devotissimae gratitudinis sensu erga

Principem, tot Novis scientiae humanae ambitum ditantem, quae hucusque eruditos homines fugerant. Magis vero commotus sum lecta exhortatione, In praefatione ad opus inscriptum: *Vocabularia totius orbis comparativa Augustissimae cura collecta* et Petropoli 1786. 1789. edita, qua exteri viri docti ad opus omni laude superius continuandum et perficiendum humanissime excitantur. Implevit me statim summus ardor, in via tam egregie coepta et munita ulterius progrediendi, et in linguas supra dictas altius inquirendi. Verum quamvis hujusmodi disquisitionum instituendarum desiderium sit mihi quasi innatum, semper tamen opportunitas defuit mihi, praesertim quod tales disquisitiones

in terris imperii Tui, Potentissime Princeps, longe a mea patria, et hinc, ubi jam dego, disitis, sint faciendae, nec nisi TE tutelari Genio feliciter possint peragi. Quodsi autem Tua Majestas labori meo faverit, forsitan sub auspiciis Tuis latius evagari mihi licebit, id quod ipse in ardentissimis votis habeo. Ceterum precor Deum optimum maximum, ut TE, domumque Tuam et regnum Tuum omni felicitate beet, et cumulet.

Tuae sacro sanctae Majestati

devotissimus

SAMVEL GYARMATHI.

Transilvanus. Med. Doctor.

PRAEFATIO.

Nisi utile est, quod facimus, stulta est gloria. Disquirere utrum lingua hungarica affine aliquid cum lingua *Fennicae* originis habeat, laborem exigit arduum, et difficilem; quaenam autem hinc redundatura sit utilitas, non sine ratione quaeri potest. Antequam igitur opus aggrediamur, ne muscas captare, et laterem lavare videamur, sana perpendere soadet ratio, utrum operae pretium sit tanto nos subicere labori?

Perspicacissimi historiarum scrutatores, peruestigata obscura illa veteris aevi epocha, in qua magna gentium migratio varias, easque subitas produxit mutationes, in eo tandem inter se consentire videntur, quod tam natio *Hungarica*, quam illae omnes, quas hodie historici nationes *Fennicae* originis nominant, ex eadem origine satae, et auctae, ex oriente aut septentrione (sub iudice lis est) avita sua sede emigrantes, per varios casus, perque multa rerum discrimina, in has, quas hodie incolunt terras, delatae, mansionem demum certam, et fixum stabilierunt domicilium.

Argumenta pensitare, quibus doctissimi viri hocce suffulciunt assertum, mei instituti non est, sed ea tantum expendere, quae quaestioni huic: *Utrum linguae dictarum gentium simile quid inter se habeant?*

habeant? multis dubiis subjectae, et ab eruditis exagitatae, lucem aliquam affundere possunt.

Olaum Rudbeckium, et post hunc Sajnovitium, similitudinem hanc subolfecisse quamplurimis notum est. Sajnovits eam in Demonstratione sua*) Havniensium eruditae societati dedicata adstruere conabatur. Proxime autem eam, eruditus vir I. HAGER**) majore multo eruditionis apparatu in Dissertatione sua corroboravit. Quid autem ego praestare potuerim, sequentibus docebitur.

Instituta linguae meae patriae per aliquot annos disquisitione curatori, et acquisita quarundam aliarum linguarum cognitione, observare coepi, linguam hungaricam non tantum ex linguis orientalium, Persarum, Hebraeorum et Turcarum, sed etiam ex quibusdam Europae linguis haud parvam mutuasse vocum copiam. Primo loco memoro Slavos, quorum linguae, teste doctissimo Szekeres Presbytero, et censore quondam librorum Viennae, linguarum flavicae, hungaricae, latinae, germanicae, et graecae callentissimo, voces hungarica lingua debuit multas, jam per secula civitate donatas. Multas ex lingua valachica quoque adoptavit, quae tamen ipsa etiam ex flavica et latina conflata est. Praeterea ex lingua germanica, italica, gallica, et anglica aliquas acquisivit.

Ex

*) Sajnovits. *Demonstratio Idioma Hung. et Lappon. idem esse.* Havniae. 1770.

**) *Neue Beweise der Verwandtschaft der Hungarn mit den Lapländern.* Wien. 1793.

Ex omnibus his, inquam, linguis nostra hungarica magno satis vocabulorum numero aucta est, Enimvero non possem harum ideo similitudinem asserere, cum similitudo ex vocabulorum similitudine magis, quam aliis proprietatibus sumta mihi semper visa sit minima.

In publicum edidit *P. Beregsássi* Professor collegii ref. in *Sárospatak*, vir. literaturae orientalis peritissimus, mihiq̄ue amicissimus, opus *) magno eruditionis apparatu elaboratum, ex quo lector cognoscere poterit, in quibus lingua hungarica cum orientalibus convenit. Magna assiduitate scrutatus est vir diligentissimus linguas orientales sequentes: Hebraicam, Chaldaicam, Syriacam, Aethiopicam, Arabicam, Persicam, Turcicam, Curdicam, Zendicam (Zend Avesta), Pehlvicam v. Samskritamicam, Kalmuckicam, Zingaricam, Hindostanicam, Indicam, Manschuricam, Tataricam, Sinesem, Armenicam, Grusnicam, Georgianam, praeterea linguas occidentales: Valachicam, Bohemicam, Germanicam, Latinam, Italicam, Gallicam, Albanicam, Romanicam, Romano-Valachicam, et quidquid in his labore diuturno detegere potuit, vocabula vndique plurima notando, et Syntaxin earum linguarum subtiliter rimando, consequenter illa, quae hungarico aliquid affine habebant sollicite congerendo; in unum corpus regedit, atque ita literaturae hungaricae amatoribus thesaurum maxime aestima-

*) *Ueber die Aehnlichkeit der hungarischen Sprache mit den morgenländischen, nebst einer Entwicklung der Natur, und mancher bisher unbekanntten Eigenschaften derselben, von P. Beregsássi. Leipz. 1796. 4. p. 214.*

aestimabilem contexit, qui ex eo multa admodum adhuc incognita, in linguae patriae naturam investigandam pertinentia, et nexum ejus cum omnibus his linguis demonstrantia maxima cum voluptate haurire possunt, quo omnes boni patriae cives, tam hodierni, quam posteri, magna huic viro de republica literaria optime merito, gratitudine devincti sunt, erantque.

In hoc ergo opere inveniet lector sciendi cupidus plurima, quae lingua nostra ex *Oriente* acquisivit. Quid autem *Septentrio* hanc ad rem illustrandam obtulerit, illud evolvere jam mei erit instituti.

Similitudinem, quam ego statuere allaboro, sequentia constituunt momenta.

Primo. Terminationes Nominum Substantivorum et Adjectivorum, quae vocibus certum aliquem characterem imprimunt, ope cujus significatio earum illico detegi potest.

Secundo. Similitudo modi declinandi et comparandi.

Tertio. Varia Pronominum significatio, et formatio, praecipue Pronominum Possessivorum coalescentia cum Nominibus et Praepositionibus possessivis.

Quarto. Suffixa et Possessiva, quae concursu Suffixorum, cum vocibus oriri solent.

Quinto. Conjugatio, et Significatio Verborum multifaria, quae in lingua Lapponum et Finno-
rum tam varia est, ut hungaricam superare videatur.

Sexto. Natura Adverbiorum, inprimis autem Praepositionum, quae rectius Postpositiones dici merentur,

rentur, et quæ per Numeros et Personas, tamquam reliqua Possessiva flexibilia inflectuntur.

Septimo. Syntaxis vocum.

Octavo. Similitudo vocabulorum multorum, quod quidem momentum mihi semper ultimum in istiusmodi disquisitionibus esse solet.

Nono. Collatio locorum biblicorum ope cujus multo facilius et clarius plurimarum vocum similitudo offendi poterat, quam auxilio lexicorum, aut grammatices.

Auxilia quibus usus fui sunt sequentia.

Quoad linguam lapponicam adhibui: *Lexicon Lapponicum* cum interpretatione vocabulorum svecolatina, et Indice svecano-lapponico, in usum tam illorum, quibus cura ecclesiarum in Lapponia committenda, aut iam commissa est; quam aliorum curiosorum, et linguarum studiosorum, indigenarum, et exterorum, illustratum præfatione latino-suecana, generosiss. dom. equ. aurat. de stella polari, Regis, Regnique Cancell. Consil. et Profess. Upsal. *Johannis Ihre.* Nec non auctum, grammatica lapponica a dom. *Erico Lindahl* Praepos. et past. eccl. Lyckfelensis, et *Johanne Oehrling*, past. ecclesiae Jockmockensis confecta. In lucem editum cura, et impensis illustriss. regiae in ecclesias lapponicas directionis. Anno MDCCLXXX. Holmiae. Typis Joh. Georg Lange. Opus certe est sui generis unicum, usitatissimas omnes linguae lapponicae voces a viris eruditiss. linguaeque peritis, partim in Lapponia natis, ibique educatis, collectas continens, nam *Joh. Oehrling* in Lapponia natus anno 1718
in

in Gymnasio Hernoefandensi educatus, in Academia Upsaliensi eruditus, ad suosque redux, rectoris et pastoris munere per triginta sex annos functus, anno 1779 diem obiit supremum. Continet hoc lexicon paginas 716 in 4. Usus sum praeterea *Grammatica Lapponica Henrici Ganander Aboensis*. Holmiae 1753. *Grammatica Fennica Bartholdi Vhael*. Aboe 1723. *Poesi Fennica*, quae in forma dissertationum praeside celeberrimo Prof. *Henrico Porthan* prodiit, ab anno 1766 usque 1778. Usus sum tandem, *Tentamine Lexici Fennici Danielis Juslenii*, Stockholmii edito, anno 1745. quod complectitur paginas 567 in 4.

Ut autem lectores mei justam linguae lapponicae et finnicae notionem acquirere possint, necessarium duxi illa huc transferre, quae in grammatica dicta doctorum virorum, *Lindahl et Oehrling* eleganter scripta sunt, atque lexico lapponico praemissa leguntur. Quo rarius enim lexicon hocce in manibus eruditorum meae patriae versatur, eo gratius meis lectoribus futurum spero, rem ad institutum meum maxime pertinentem hic adnotasse.

„Illum certe hujus nostrae lucubrationis usum futurum speramus (ait vir eruditus) illumque in finem hoc editur opus, ut linguarum studiosis aditus sit ad linguam etiam lapponicam penitus cognoscendam, tantopere a reliquis europaeis diversam et differentem.”

„Hi linguarum cultores mirabuntur linguam hujus gentis, quae studia literarum non colit, cujusque simplicitas vitae haud multarum scientiarum et
artium

artium adminiculo opus habet, tamen multis abundare elegantis, vocibusque, quibus quae dicenda sunt nervose satis exprimi possunt.”

„Hae voces phrasaeque saepe tales sunt, et tam singularis energiae, ut in aliud idioma aegre transferri possint, atque si versiones ex una in alteram linguam merito censentur requirere eruditionem solidam, ingeniumque acutum, multo adhuc difficilius erit negotium, ex lingua lapponica in aliam quamvis quidquam transferre, propter idiotismos, hujus linguae, indolemque singularem.”

„Quod in lingua lapponica termini technici scientiarum artiumque illarum, quas gens ignorat, desiderantur, nemini mirum videri potest. Omnibus aliis gentibus id ipsum commune est, quae cum primum scientias et artes amplexae sunt, terminos technicos artiumque nomina aut simul mutuatae sunt, aut nova effingere necessum habuere. Ex hac ipsa causa lingua lapponica aevo recentiori multis, imprimis vocibus theologis aucta est, quarum tanta laborat penuria, quanta excellit copia vocum, quibus quae in vita communi occurrunt exprimuntur*).

„Voces

- *) Exempli gratia: Nix vento cumlata et compacta, appellatur: *Filpatak*. Nix frigore tantummodo indurata, sed non conglaciata: *Tele*. Nix crusta tenui glaciali obducta: *Skawe*. Crusta nivis crassior, et altius conglaciata: *Tjarw*. Pars ima nivis, sive quae humo proxima est, quando conglaciatur: *Skiltje* et *Tjuoke*. Nix admodum alta: *Wuor*.

Haec pauca hic de voce *Nix* et *Glacies* notasse sufficiat, habent autem Lappones praeter has, voces plurimas adhuc, quibus varias nivis ideas, ejusque vicinas modificationes exprimunt, quas hic omnes notare nolui,

„Voces itaque theologicae maxima ex parte recentiores sunt, aut tales antiquae, quae praeter significationem vulgarem simul speciatim exprimunt illas res et functiones, quae ad cultum divinum et religionem pertinent. Huic usui nonnullae harum jam unice inserviunt, e. gr. *Kastatet* fere semper est baptizare: *Scallo*, semper et unice sacram coenam, *Scallotet* sacram coenam distribuere significant, reliqua ut omittamus.”

„Praeter hanc vocum theologiarum penuriam etiam nonnullae aliae desiderantur, et illae quidem tales, quibus nulla carere posse lingua videtur. Ita e. gr. quia virtus, et bene moratus nullo idoneo, et proprio nomine gaudent, per circumlocutionem auctores illam appellaverunt *Tjabbes tape*, sive honestam rationem vivendi, hunc *Tjabbes tapek*, sive talem, qui ita vivit.” Conscientiae etiam nomen in lingua lapponica recentioris est aevi, quod varie expressere auctores.

„Voluptate et luxu ut fere caret gens lapponica, ita et nomen ignotum, reliqua ut heic praetereamus. Id notatu dignum est, nomen *ata* et verbum *atet* communis esse significationis *) quibus omne id exprimitur, cujus nomen genuinum aut ignoratur, aut ex memoria excidit, sensus autem e contextu eliciendus est.”

Ut

nolui, ne lectores taediosa talium vocum enumeratione fatigarem. Sed quis hoc mirari poterit, qui ingentem nivis copiam, qua lappones per potiore anni partem teguntur, et cum qua per totam vitam luctantur perpendit?

*) Vide p. 33. vocem *Ata*, *Atet*, quod Hungarorum *Izt*, *Izténi*, respondet.

„Ut supra diximus, lexicon hoc illorum imprimis inservit usu, quibus cognitio linguarum arripit. Illarum quidem gentium linguas, quibuscum nobis est commercium aliquod, omnium primum addiscere necessam habemus, qui ut obtineatur finis, lexica raro desunt, atque adminicula: at cum his nequeat circumscribi limitibus desiderium linguarum curiosorum, nonnisi plurium et fere omnium linguarum cognitione explebile, locus nobis est sperandi, illis certe gratum hoc futurum opus *). His linguarum cultoribus eo minus poeniteat porrigere opem, quod, se cum in hoc musatum genere oblectant, id simul utilitatis exinde redundet, ut, collatis secum invicem linguis, illarumque aut convenientia aut discrepantia detecta aliqua cum probabilitate ortum gentium illarum, quibus vernaculae sunt, nos edocere valeant.

„Cognitio itaque linguarum gentium ortum et profapiam docet, indicatque, ut et solum et genus vitae mutaverint monstrat; quae quidem historia aequae et jucunda, et utilis forte est eritque semper atque illa, quae crudelia et exitiosa bella nobis enarrat.

„In lucem adhuc non satis est prolatum, unde originem lappones ducant, neque illud ipsi a majoribus acceptum relationibus quidem, ne dicam historia, in hoc tempus reservatum habent. Et quia mores vitaeque conditio, illam sine dubio quam voluit quod inhabitant solum, induerunt speciem, nihil nisi lingua restat, ex qua penitus examinata, et cum aliis collata hoc erit eruendum.

At

*) Mihi certe fuit maxime gratum, quod idem meis popularibus contingere non sine causa spero.

„At cum his quaestionibus id tantum quod verisimile est, raro certa ratio rerum obtineatur, mirum non est, de ortu lapponum varias, et diversas fuisse opiniones. Itaque eruditi plures lappones esse Israelitas contenderunt, et in ostendenda convenientia linguae cum Ebraea desudaverunt, et quidem non absque omni specie veri, nisi nulli non similis eua-
dat lingua Ebraea, nullo habito respectu vocalium, mutatisque praeterea pro lubitu literis unius ejusdemque organi. In illis qui huic rei explicandae operam dedere, clarus est Olaus Rudbeckius junior, Professor quondam Upsaliensis, nec non Magister Johannes Thelin, pastor antehac et praepos. Umen-
sium, quorum adhuc eruditae observationes manuscriptorum exstant. Linguam lapponicam cum hungarica in multis convenire ut jam dudum observatum est, ita illud deinceps Dom. Sajnovits natione Hungarus, Norvegiam cum ante aliquot annos peragraret expertus est, id quod ulterius expositum est, et demonstratum dissertatione academica, quae Upsaliae sub Praesidio Generosiss. Dni. Equitis regii, regni-
que Cancell. Consil. Joh. Ihre anno 1772 prodijt: *De convenientia linguae lapponicae cum hungarica.* Fennicam quoque linguam cum hungarica aliquatenus congruere scriptoribus non ignotum, et quidem aequo ac lapponica jure, propter illam, quae inter has ambas est similitudo, quod pace dixerim illorum, qui has et nationes et linguas plane diversas esse contendunt, qua de re in actis literariis Upsaliensibus prolixa est disputatio.

„Nihilominus vix negari potest, has linguas in multis concordare, quod et hoc lexicon ostendit, idque

idque collatis utriusque linguae grammaticis ulterius elucet. Quod vero Lappones a vicinis Svecis et Norvagis plura mutuati sint vocabula, istud mirum non est. De cetero unum alterumve in polonica, anglicana et quoque gallica lingua exstat vocabulum cum lapponica congruum. An in russica quaedam sint, certo dicere non possumus. Hactenus viri eruditi Lindahl et Oehrling,

Pauca haec, quae primo tentatis loco in publicam dare potui faventibus ero lectores oculis excipere, meque potius auxilio beneuolo animare, quam mordaci subicere criticae dignentur, amicam quamvis correctionem gratissimo semper animo excepturum. Eo enim plura de die in diem a me expectare hujus generis specimina possent, quo faventiores lectores meos, mihiq̄e suppetias ferre paratos reperiam.

Linguae lapponicae gnari mihi condonare dignentur, quod orthographia auctorum veteri et nova, in meis exemplis lapponicis et fennicis mixtim usus fuerim, exercitatio etenim requiritur maxima, ad uniformitatem semel adoptatae novae orthographiae in toto opere curiose observandam. At mihi, qui omni vivo defuitus magistro nondum venerandos consulere potui mortuos, prorsum erat varios committere errores. Neque lexicon omnes continebat voces, quas ex variis grammaticis depropsi.

Ingrati hominis nomine dignus evaderem, nisi publice confiterer, me quam plurima, quae in hoc opere reperiuntur, Celeberrimo Professore, et Magnae Britanniae Regis Aulæ Consiliario, *A. L. Schlözer*, et magnae Bibliothecae Georgiae Augustae

stae in acceptis referre debere. Hic enim Vir eruditus plurimos mihi libros, pagina 125. grato animo enumerandos, propria ex bibliotheca evolvendos obtulit, meque in iis, quae ad investigandas octo nationum fennicarum linguas necessaria erant, humanissime iuvare dignatus est.

In Bibliotheca autem memorata lexica omnia, quorum copia haec magna gaudet, aliaque scripta in rem meam pertinentia quaerenti semper parata offerebantur, haec enim est fons ille inexhaustus, thesaurusque ditissimus, ex quo omnigenae eruditionis cultores sitim suam restinguere possunt. Extra hanc dubito, an alibi terrarum aequae multifaria, ordine aequae bono digesta, et omnium desiderio satisfaciens reperiat, librorum supellex. Hujus ergo custodibus vigilantissimis publica referenda est gratia, qui promptissime semper, atque alacri animo petentibus thesaurum ex vasto hoc penu depromere, atque nova novaque auxilia, investiganti amicissime offerre confecerunt.

Insigne tandem additamentum ex *Vocabulario Manuscripto*, 33 gentium Sibiricarum Celeb. Prof. *Fischer*; quod pagina 219 fuse descriptum est, obtinui, quod M. S. sui generis unicam Cl. Prof. et Mag. Brit. Reg. Aulæ-Cons. J. C. *Gatterer*, humanissime mihi concedere dignatus est.

Magno praeterea mihi adjumento in variis linguae flavicae dialectis scrutandis erat D. Theologiae Candidatus *Stojkovits* ex comitatu Hungariae Syrmienfi oriundus, linguarum flavicarum peritissimus, qui in via hac mihi primum tentata facem amicissime praebere semper paratissimus erat.

CON.

Ortographia hungarica cum ruffica comparata.

a	A'z.	a.	
6	Buki.	b.	
B	Vjedi.	v.	
Г	Glagol.	g. h.	
Д	Bobro.	d.	
e	Jeszt.	je. e.	
Ж	'Sivjete.	's. ds.	'Sertva. Dsertva. <i>Ut in gall. Jone.</i>
З	Zemlja.	z.	Zemlja. <i>Ut in latinorum: Zona.</i> <i>Germ.: Seelo, Sorge.</i>
И	I'fe.	i.	
K	Káko.	k.	
λ	Ljudi.	l.	
M	Mifzlote.	m.	
H	Nás.	n.	
o	On.	o.	
Π	Pokoi.	p.	
p	Rtzi.	r.	
c	Szlovo.	sz.	Pufztinja. <i>Ut in lat. Custos. Salus.</i>
III	Tvérdo.	t.	
У	U.	u.	
Ф	Fert.	f.	
X	Kher.	kh. ch.	Blokhi. <i>Ut in lat. Achiuus.</i>
ц	Tzi.	tz.	Tzarstvo. <i>Ut in lat. Cae-</i> <i>far, et german. Zentner.</i>
Ч	Tserv.	ts.	Tserv. <i>Ut in ital. Cielo. Cervello.</i>
ш	Sa.	s.	Vifnja. <i>Ut in german. Schee-</i> <i>re. Abwischen.</i>
b	Jert.		
bl.	Jeri		
b	Jer.		
б	Jaty.	je.	Szjemja. <i>Ut in latin. Jecur.</i>
ю	Ju.	ju.	

d

Я	Ja.	ja.	Knjaginja. <i>Ut in germ.</i> Ja. Jahr.
і	I.	i.	
щ	Stfa.	stfa.	Stfasztie. <i>Ut in hungar.</i> Restfég.
э	e.	e. ő.	
ю	Jo.	jo.	
ю	ü.	ü.	
Нб.		ny.	Kameny. <i>Ut in gallorum:</i> Ale- magne. Regne.
Ль		ly.	Voply. <i>Ut in gallorum:</i> Mer- veille. Feuille.
нб		ty.	Blagodaty. <i>Ut in germanorum:</i> Welehe. Solche. Mägdchen.
н		gy.	<i>Ut in itolorum:</i> Gente. Giro. <i>et latinorum;</i> Genus. Ger- mania.

Orthographiam hanc hungaricam cum russica comparare, sub initio statim necessarium duxi. Ideo primum, quod per totum opus orthographia hac usus sum, in describendis vocabulis lapponicis, finnicis, esthonicis, votjakicis, tschuyaschicis, tschermisicis, permicis, firjenicis, morduinicis et tataricis. Secundo, quia in appendice operis secunda, ubi ex Vocabulariis 200 linguarum comparativis Petropoli editis vocabula nationum plurimarum legibiliter describere nitior, noni alia mihi hunc in finem commodior visa fuit orthographia, quam hungarica, utpote quae post russicam, omnibus fere Europae linguis praeferenda videtur, quoad orthographiae suae facilitatem; quod aequus lector primo statim intuitu facile dijudicare poterit.

De

De Terminationibus.

Similitudinem linguarum, hungaricae, lapponicae, et finnicae demonstraturo sub initium statim prolixa similibus Terminationum sese offert series. Hanc Terminationum similitudinem magnum ad rem meam adferre momentum, ex eo evidenter patet, quod haec non casu quo, aut forte fortuna, mixtim quasi, per omnes orationis partes disseminata est, sed certum quendam, et oculis criticis primo statim intuitu insignem produnt ordinem, video enim Substantiva Substantivis, Adjectiva Adjectivis, Diminutiva Diminutivis, Privativa Privativis, Adverbia Adverbiis esse similia.

Terminationes Substantivorum et Adjectivorum sunt sequentes: as, es, is, os, adt, *vel*, at, ot, dagc, *vel*, dag, tag, i, k, em, allem.

<i>Lapponice.</i>	<i>Latine.</i>	<i>Similes hungaricae Terminationes, partim significatione quoque convenientes.</i>
Mihas.	Fortis.	Izmos.
Jegnas.	Glacie obductus.	Jeges.
Tarwas.	Pice abundans.	Szurkas.
Tlaggas.	Extensus.	Tagas.
Pohas.	Malus.	Potrohas. Obefus.
Puotfelwas.	Morbus.	Nyves. Loquax.
Arjas.	Versus meridiem.	Varjas. Cornicibus abundans.
Wajaldakes.	Obliviosus.	Felejdékes.
Mesketakes.	Morosus.	Reszketeges. Tremulus.
Lafsketakes.	Placabilis.	Fereteges. Procellosus.
Okitokes.	Ingratus.	Tökös. Herniosus.
Awatakes.	Jucundus.	Avatagos. Vetusus.

A

Lapponice

<i>Laponice.</i>	<i>Latine.</i>	<i>Hungarice.</i>
Palkotakes.	Deflectens.	Menedékes. Inclinatus.
Tuddetakes.	Contentus.	Tudákos. Sciolus.
Sawotakes.	Optabilis.	Kivána os.
Pilkes.	Jocofus.	Lelkes. Animatus.
Pielies.	Auritus.	Files. Füles.
Metkes.	Tardus.	Etkes. Vorax.
Pejes.	Albus.	Fejes. Capitatus.
Telpes.	Jocofus.	Tréfás.
Edeles.	Inopinatus.	Fedeles. Operculatus.
Weiteles.	Licentiosus.	Ejteles. Octalis.
Oljajes.	Oleofus.	Olajos.
Famokes.	Robustus.	Homokos. Sabulosus.
Muiteles.	Memoria di- gnus.	Emliteles. Hiteles. Cre- dibilis.
Kenes.	Ignavus.	Kényes.
Kewoles.	Timidus.	Kevélyes. Superbiens.
Nialkes.	Lubricus.	Nyalkás. Delicatulus.
Perjes.	Velamentum ca- mini.	Perjés. Graminosus.
Seipetes.	Non caudatus.	Sejpes. Blaeus.
Sujeles.	Flexibilis.	Ajulós. Deliquium animi pati solitus.
Taikes.	Mollis.	Telkes. Curia praeditus.
Tjaiwajes.	Ventrófus.	Gojvás. Strumofus.
Sarwes.	Cornutus.	Szarvas.
Tuolwajes.	Sordidus.	Tolvajos. Latronibus abundans.
Omakes.	Subnubilus.	Homokos. Sabulosus.
Anekes.	Brevis.	Énekes. Cantor.
Armokes.	Clemens.	Kegyelmes.
Laikes.	Piger.	Pajkos. Petulans.
Navajes.	Villofus.	Nyavajás. Valetudinarius.
Pasteles.	Acutus.	Éles.
Skanjes.	Resonans.	Hangos.
Suokes.	Spiffus.	Szökés. Fuscescens.
Teiwes.	Res.	Tetwes. Pediculofus.
Teutetes.	Explementum.	Tettetés. Simulatio.
Tfekes.	Acutus.	Hegyes.
Walljes.	Copiofus.	Bövféges.
Wastes.	Deformis.	Restes. Piger.
Wekkes.	Multus.	Fékes. Capiftratus.
Welkes.	Albus.	Lelkes. Animatus.

Laponice.

<i>Laponice.</i>	<i>Latine.</i>	<i>Hungarice.</i>
Wides.	Amplus.	Széles.
Wuonjes.	Tardus.	Restes.
Åjewes.	Novus.	Ujjas. Ujjontas.
Åiwajes.	Pertinax. Capi- tofus.	Fejes.
Åiwes.	Celebris.	Hires. Neves.
Idedis.	Matutinus.	Idős. Vetusus.
Eeckdedis.	Vespertinus.	Kisdedes. Parvulis pueris praeditus.
Lorwos.	Villosus.	Orvos. Medicus.
Kotjos.	Famulus.	Bojtos. Filamentosus.
Murkos.	Nebulosus.	Murkos. Dauco praeditus.
Mutkos.	Fragilis.	Mutskos. Sordidus.
Niaulos.	Pituitosus.	Nyálos.
Nelos.	Haebes.	Nyeles. Manubriatus.
Paitos.	Pronus.	Pajkos. Petulans.
Pikos.	Manifestus.	Tsikos. Striatus.
Mainos.	Laudabilis.	Monyos. Ovatus.
Puljos.	Glaber.	Suljos. Ponderosus.
Puikos.	Notus.	Pókos. Protuberans.
Juokos.	Rigidus.	Vaskos.
Njámkos.	Facile ad haere- scens.	Ragadós.
Jatkos.	Nive opertus.	Havas.
Niatfos.	Tempestas mi- tior.	Varatfos. Exulceratus.
Puoikos.	Notus.	Fiókos. Cistulis praeditus.
Tasmos.	Morbo vexatus.	Hasznos. Vtilis.
Tjåkos.	Occultus.	Arnyékos. Opacus. Titkos.
Tåbmos.	Notus. Cognitus.	Tudos. Doctus.
Tårmos.	Rugosus.	Kormos. Fuliginosus.
Tsuoikos.	Cognitus.	Tšekos. Osculabundus.
Uljos.	Aestuofus.	Suljos. Ponderosus.
Wuolos.	Jucundus.	Gyámolós. Adminiculófus.
Åntos.	Claudus.	Sántás. Sánta.
Palat.	Fodina.	Falat. Offa. Bolus.
Wielgadwuádt.	Virilitas.	Haladat. Occaf. Praeteritio.
Allagwuádt.	Altitudo.	Hogamat. Conceptio. Effe- ctus.
Zjengalwuádt.	Profunditas.	Tfinálat. Structura.
Hallott.	Inclinatus.	Hajlott.
Niakkott }		

<i>Laponice.</i>	<i>Latine.</i>	<i>Hungarice.</i>
Tjuolot.	Obliquus.	Horgadott.
Puodfot.	Nudus.	Koppasztott.
Puorradag.	Bonitas.	Balgatag.
Pahuodag.	Malitia.	Fergedag. <i>Fergeteg. Fuvatag. Rengeteg. Silua</i>
Zjappuodag.	Nigredo.	horrida, immensa.
Muättadagc.	Dum diutius nigit.	Fergeteg. Zápor.
Laskadagc.	Imber.	
Pievedagc.	Splendor folis.	
Kääfadagc.	Tempeftas calida.	
Puorradagc.	Tempeftas bona.	
Taalvadagc.	Tempeftas perfrigida.	Sivadag. <i>Sivatag-idö.</i>
Kolckadagc.	Sudum.	
Pieggadagc.	Ventofa tempeftas.	Fergeteg.
Palvadagc.	Coelum nubilosum.	Felhödeg, <i>Felhös-idö.</i>
Viertuodagc.	Tempeftas incommoda.	
Väättadagc.	Tempeftas humida.	
Jagcniadagc. } Råvadagc. }	Tempeftas torrida.	Rekkendég. <i>Rekkenfég. Rekkenöfég.</i>
Arvadagc.	Pluvia diuturnior.	Aradag, Aradék. <i>Aradas Exundatio.</i>
Zjazjadagc.	Pluvia.	
Mierckadagc.	Nebulofa tempeftas.	
Aladagc. } Tavadagc. }	Aquilo. Boreas.	Fuvatag.
Luladagc.	Aufter, vel Notus.	
Nuärttadagc.	Eurus, v. Subsolanus.	
Orjadagc.	Zephyrus, v. Favonius.	
Miedadagc.	Ventus secundus.	

Notet

Notet velim hic, Lector perspicax, ideas has, quibus Lappones varias tempestatum modificationes, et mutationes exprimunt, omnes terminari in: *dagc*, idem faciunt Hungari in vocibus suis, hic adnotatis, aequae varias ideas tempestatum experimentibus.

<i>Lapponice.</i>	<i>Latine.</i>	<i>Hungarice.</i>
Årjeli.	Meridianus.	Déli.
Årjeli piägg-	Ventus meridionalis.	Déli szél.
Årjeli-Hene.	Foemina austral.	Déliné. Déli afzszony.
Årjelisne.	Animi deliquium	Szarándok. Eremita.
Jabmaldak.	Ostium cataraetae.	Vakondok. Talpa.
Njiraldak.	Adventus.	Potolék. Supplementum.
Potaltak.	Stultus.	Kotfok. Ardeae species.
Tajok.	Opus.	Szérdék. Rejectaneum.
Tarbek.		Inquinamentum.
Teblak.	Maculosus.	Ablak. Fenestra.
Tjildok.	Pretiosus.	Hulladék. Reiectaneum.
Tsifok.	Passer.	Titok. Arcanum.
Tobdok.	Notus.	Undok. Foedus-di.
Tajatak.	Fractura.	Töredék. Stramentum.
Wainok.	Cupidus.	Bajnok. Pugil.
Waldok.	Caelebs.	Tajdok. Otsmany. Defoedatus.
Windek.	Fenestra.	Szelindek. Canis. Lanionum.
Wankek.	Aeger.	Terjék. Theriaka.
Tjadatok.	Diarrhaea.	Fofadék.
Nakkelem.	Impulsus.	Félelem. Metus.
Pärrelem.	Consumtio.	Sérelem. Laesio.
Tajetem.	Intellectus.	Kérelem. Petitio.
Káfelem.	Implicatio.	Kéfelem. Mora.
Wanatem.	Extensio.	Védelem. Defensio.
Walom.	Ejulatus.	Fajdalom. Dolor.
Kättjelem.	Tentatio. Periculum.	Veszedelem.
Merostallem.	Conjectura.	Méredelem. Méregetés. Dimensio.

<i>Lapponice.</i>	<i>Latine.</i>	<i>Hungarice.</i>
Muitelem.	Reminifcentia.	Emlitelem. Emlités. Eml- lékezet.
Sebraftallem.	Confortium.	Segedelem. Auxilium.
Laidetallem.	Corruptio.	Sérelem. Laefio.
Kefatallem.	Vectura.	Kéfedelem. Mora.
Ajatallem.	Meditatio.	Akadalom. Akadék. Im- pedimentum.

Diminutiua, quae invenire potui funt fequentia:

Ajekats.	Fonticulus.	Kats. Manus paruula.
Pardnats.	Puerulus.	Kovats. Silex paruula.
Swikkats.	Anfractulus via- rum.	Dugats. Obturamentum.
Aiwatz.	Capitulum.	Kulats. Lagenula.
Aackatz.	Uxorcula.	Forgats. Fruftulum.
Kirjatz.	Libellus.	Követs. Lapillus.
Padnagatz.	Canicula.	Kutyátska.
Kabmagatz.	Calceolus.	Tfizmatska.
Puorrebuotz.	Meliufculus.	Jobbatska.
Stuorrabuotz.	Majufculus.	Nagyobbatska.
Neiakuts.	Infantulus.	Gyermeketske.
Pardnekuts.	Puerulus.	Fiutfska.
Akkakuts.	Vetula.	Kofátska.

Huc pertinent voculae illae, quibus Lappones multifariam exprimere folent ideas has: *Parvum, Parvulum, Paucum, Paulum, Paululum, Pauxillum.* ex. gr. Utzje. Utzjanatz. Unna. Unnatz. Un-unnatz. Unna-waanatz. Unnadzjam. maannadzjam. Pitta. Pinnatz. Pinpinnatz. Quibus totidem respondent in lingua hungarica, voculae diminutivae, ut: Kis, Kifiny. Kifinke. Szikta, Szikránni. Morfa. Morfánni. Morfátska. Kevés. Paránni.

Nomina Privativa Lapponum habent quoque aliquam fimilitudinem, licet non tam evidentem, uti haftenus enumerata.

Lapponice.

<i>Lapponice.</i>	<i>Latine.</i>	<i>Hungarice.</i>
Kiedatembe.	Manu carens.	Kezetlen.
Pielitebmes.	Surdus.	Filetlen.
Porracketta.	Jejunus.	Etlén.
Jubmeletta.	Deo carens.	Istentelen.
Adefapta.	Profanus.	Szentelen.
Pednikapta.	Pecunia carens.	Pénzetlen.
Juolketeme.	Pedibus carens.	Lábatlan.

Uti in terminationibus Lapponum, ita in litteris initialibus eorum certam observo similitudinem. Quemadmodum enim Hungari, ita et Lappones abhorrent duplicem in initio vocum consonantem, et si quas, tam in hac quam in illa lingua animadvertimus voces duplici consona incipientes credo illas maximam partem non ab atavis suis sed a vicinis Suecis, et Germanis mutuasse, ut: *Sláttet*. Maclare *Prins*. Princeps. *Pálster*. Emplastrum. H. Flastrom. *Blade*. Folium. Ex simili fonte hausserunt Hungari: *Strof*. Schraube. *Spékelní*. Mit Speck zubereiten. *Plajbátz*. Bleyweiß. *Pléh* Blech, et alia his similia.

De Declinatione.

Paradigma declinationis hungaricæ, lapponicæ et finnicae Lectoribus meis propositurus, quatuor adferam exempla. Primum erit: *Kabmak*. Calceus, cui opponam hungaricum *Makk*. Glans. Secundum erit: *Addamos*. Datum. Hung. Adomás, vel Adomány. Tertium erit: *Cala*. Piscis. H. Hal. Quartum erit: *Kesi*. Manus. H. Kéz. Exempla hæc per 13 Casus inflectam; uti: per Nominativum, Genitivum,

vum, Dativum, Accusativum, Vocativum, Ablativum, Locativum, Mediativum, Negativum, Factivum, seu Mutativum, Nuncupativum, Penetrativum, Descriptivum, seu Instructivum. Constructionem horum casuum Paradigmati subjicienda demonstrabunt exempla. Cel. *Ganander*, Grammaticus, 13 Casus, at Doctissimus *Ihre* non nisi 10 numerat.

<i>Lapponice.</i>	<i>Hungarice.</i>	<i>Lapponice.</i>	<i>Hungarice.</i>
N. Kabmak.	Makk.	Addamos.	Adomás.
G. Kabmaken.	Makké.	Addamofen.	Addomásé.
D. Kabmaki.	Maknak.	Addamofí.	Adomásnak.
A. Kabmakeb.	Makkot.	Addamofeb.	Adomásft.
V. Kabmak.	Makk.	Addsmos.	Adomás.
A. Kabmakeft.	Makkoftol.	Addamofeft.	Adomásoftol.
L. Kabmaken.	Makkonn.	Addamofen.	Adomásonn.
M. Kabmakin.	Makkal.	Addamofin.	Adomásal.
N. Kabmakatta.	Makkatlan.	Addamofatta.	Adomásatlan.
F. Kabmaken.	Makká.	Addamofen.	Adomásá.
N. Kabmakan.	Makkul.	Addamofan.	Adomásúl.
P. Kabmaki.	Makknak. ba.	Addamofí.	Adomásnak. ba.
D. Kabmaklai.	Makként. Makkal.	Addamoslai.	Adomásként.

Finnice.

<i>Finnice.</i>	<i>Hungarice.</i>	<i>Finnice.</i>	<i>Hungarice.</i>
N. Cala.	Hal.	Kefi.	Kéz.
G. Calan.	Halé.	Keden.	Kézé.
D. Calalle.	Halnak.	Kefille.	Kéznek.
A. Calaa.	Halat.	Kefei.	Kezet.
V. Cala.	Hal.	Kefi.	Kéz.
A. Calasta.	Halaftol.	Kefift.	Kezestől.
L. Calafa.	Halann.	Kefifan.	Kezenn.
M. Calalla.	Hallal.	Kefilla.	Kézzel.
N. Calalta.	Halatlan.	Kefilta.	Kezetlen.
F. Calaxi.	Hallá.	Kefixi.	Kézzé.
N. Calana.	Halul.	Kefina.	Kézül.
P. Calahan.	Halnak. ba.	Kefie.	Kéznek. be.
D. Caloin.	Halként.	Kefien.	Kézként.

A §

Exempla

Exempla constructionem casuum demonstrantia
sunt sequentia,

Nominativus. L. Attje pãta. H. Atya jö. Pater venit.

Genitivus. Attjen pardne. H. Atya fia. Atyájé a fia.
Atyának fia. Patris filius.

Dativus. Attjai leb waddad. H. Atyának adtam.
Patri dedi.

Accusativus. Attjeb wuoidnib. H. Atyát láték. Pa-
trem videbam.

Vocativus. Attje pãte! H. Atya jövel. Veni Pater!

Ablativus. Atjest Kullib. H. Atyától hallám. Ex
patre audiebam. H. Atyástól együtt hallám. Simul cum
patre audiebam.

Locativus. Attjesne wuoidnab. H. Atyánn látom.
Per patrem, vel in patre video.

Mediativus. Attjin tjuowob. H. Atyával követem.
Atyástól együtt követem. Simul cum patre sequor. Seu:
In societate patris sequor.

Negativus. Attjetaka leb. H. Atyátlan vagyok
(leszek). Sine patre sum. Seu: *Inpatris sum.*

Factivus, seu Mutativus. Attjen kalkab tunji orrot.
H. Atyául fogok neked lenni. Ero tibi patris loco.

Nuncupativus. H. Atyához, Atyáig, Atyára megyek.
Ad patrem, usque ad patrem, super patrem eo.

Penetrativus. Kãret warai. H. A hegynek menni.
In montem ascendere. H. A falunak menni. Versus pa-
gum ire. H. Tüznek viznek neki menni. In aquam ignem-
que irruere. H. Jánosnak keresztelték. Baptisatus est ad
nomen Johannis. *Er ist Hans getauft worden.*

Descriptivus, seu Instructivus. H. Az Apostol-
ként mondhatom. Dicere possum, secundum Apostolum.
H. Véggel áll fel'em a' puskád. Scolpetum tuum recta versus
me directum est. Versus me collineat. H. Melegenn itta
az herbatejet. Theam bibit calide, vel calidam.

Varias has vocum terminationes, antiquiores
Grammatici Hungari, úti Molnár, pro veris Casuum
Terminationibus acceperere, et more Lapponum, Fin-
norum-

norumque plurimos Casus statuere; at moderni Grammatici terminationes illas, partim adverbiales, partim praepositionales, partim nominales, negativas, et transmutativas nuncupavere. Casus vero proprie dictos nonnisi quatuor, Nom. Genit. Dat. et Acc. statuere.

Numerus Pluralis apud Lappones terminatur in h ut: Attje. Attjeh. *Pater. Patres.* Puorak. Puorakeh. *Bonus. Boni.* Stuoeres. Stuoerafeh. *Magnus. Magni.* Nuor. Nuoreh, Nuorah. *Juvenilis. Juveniles.* Kabmak. Kabmakeh. *Calceus. Calcei.* Akka. Akkah. *Uxor. Uxores.* Usto. Ustoh. *Cupiditas. Cupiditates.* Allmats. Almatjeh. *Homo. Homines.* Hungarorum vero Pluralis in k definit, ut: *Atya Atyák Jo. Jók. Nagy. Nagyok Ifju. Ifjak. Tszima. Tszimak. Feleség. Felesek. Kivánság. Kivánságok. Ember. Emberek.*

Habent autem tam Hungari quam Lappones praeter Pluralem hunc alium adhuc Numerum Pluralem, qui non in omnibus observatur vocibus, sed tantum in Nominibus Cognationis. Significat vero is, non Personae pluralitatem, sed consortium, aut sodalitium cum illa Persona junctum. Exemplo res clarius patebit. Si quis dixerit *Laponice: Wáljah etfa mo.* *Hung. Bányaim Szeretnek engem.* Fratres amant me; tunc vox *Wáljah: Bányaim*, revera multos *Fratres* significat. Sed si quis dixerit: *Lap. Wáljatjeh etfa mo.* *Hung. vero: Bányámék Szeretnek engem;* tunc vox *Wáljatjeh, Bányámék*, non multos *Fratres*, sed unum *Fratrem* significat, cum quo, eo temporis momento, quo hic sermo fit, plures alii homines in consortio sunt, consequenter, hac voce non solum fratrem meum, sed reliquos etiam in ejus consortio actu existentes homines me amare assero. Tales sunt omnes hi Plurales: L. Ednitjeh. Ednits. H. Anyamék. *Matres mei.* L. Pardnitjeh. Pardnits.

Pardnits. H. Fiamék. *Filii mei.* L. Abbetjeh. H. Nénémék. *Sorores meae.* L. Neititjeh. H. Léányomék. *Filiae meae.* L. Kradnatjeh. H. Tarfamék. *Socii.* Verum hoc serio notet velim Lector duplicem hunc Pluralem, Hungaros possessivis tantum nominibus tribuere, Lappones vero nominibus cognationis simplicibus. Consequenter, voces allatae significant apud Hungaros: *Matres meae. Filii mei. Sorores meae. Filiae meae. Socii mei.* Praeterea, Lappones Numerum etiam Dualem habent, non tantum in Nominibus, Pronominibusque; sed in Verbis etiam, quo tamen Hungari carent.

In utraque lingua declinantur etiam Nomina composita cum conjunctione Enclytica: *ai*, et cum Adverbiis Interrogandi Lapponicis *pe, be, bai.* Hung. *é, is*; vt: *Nom.* Stalpinai. H. Farkasis. *Lupusque.* *Gen.* Stalpig. H. Farkaséis. *Lupique.* *Dat* Stalpainai. H. Farkasnakis. *Lupoque.* *Acc.* Stalpig. H. Farkast is. *Lupumque.* *Voc.* Stalpinai. H. Farkas is. *Lupeque.* *Abl.* Stalpistannai. H. Farkastolis. *A lupoque.* *Loc.* Stalpistaga. H. Farkasonnis. *Per lupumque.* *Med.* Stalpinaga. H. Farkasfalis. *Cum lupoque.* *Neg.* Stalpitagat. H. Farkastalanis. *Sine lupoque.* *Fact.* Stalpinag. H. Farkasáis. *Loco lupique.* *Pen.* Stalpa-jaga. H. Farkasbais. *In lupumque.* *Descr.* Stalpala-gainai. H. Farkasként is. *Secundum lupumque.*

Huc pertinent:

I. Jubmelbe.	H. Isten é?	<i>Deus ne?</i>
L. Jubmelampe?	H. Istenem é?	<i>Deus meus ne?</i>
L. Jubmelasampe?	H. Istenemnek é?	<i>Deo meo ne?</i>
L. Jubmelasammai.	H. Istenemnek is.	<i>Deo meo etiam.</i>
L. Kirkoftkobai?	H. Templombaé?	<i>In templumne?</i>
L. Adnamgos?	H. Anyámé é?	<i>Matris meae ne?</i>
L. Peiweges.	H. Napis.	<i>Dies quoque.</i>
L. Callogis.	H. Kut is.	<i>Fons etiam.</i>

Lappo-

Lappones amant voces duplicare more Hungarorum, ut: L. Pekkest pekkai. H. Diribrol darabra. *De frusto in frustum.* L. Japest japai. H. Eszendöröl esztendöre. *De anno in annum.* L. Kátest kátei. H. Kézröl kézre. *De manu in manum.* L. Orron orroje. H. Örökkön örökké. *In aeternum.* L. Kitto kato. H. Egyfzer is mászoris. *Continue.* L. Akta kábba. *item.* Juobba kábba. H. *Egy is másis.* Alteruter. L. Lakkas laka. H. Idébb idébb. *Non procul.* L. Pako lako. H. Pelda beszéd. *Adagium.* L. Tabben ja tobben. H. Imitt is amott is. *Hic et illic.* A. Tuoles tales! H. Hibli hubli! *Oh miserum!*

Nec in lapponica, nec in hungarica lingua ullum *Generis* vestigium reperire potui, sed *Adjectiva* promiscue omnibus *substantivis* invariata *Terminatione* praeponuntur, ut: L. Mo teudo. Mo akka. H. Én férjem. Én feleségem. *Meus vir, Mea uxor.* L. Sarwes wuokfa. Sarwes kofa. H. Szarvas bika. Szarvas tehén. *Cornutus taurus. Cornuta vacca.*

De Comparativis.

In formando Comparativo haud secus evidens observatur similitudo. Quemadmodum enim Hungari in Comparativo pro litterá finali semper b habere solent, hoc idem faciunt Lappones, vti exempla subjecta testantur.

Gracilis

	Gracilis	Gracilior	Gracillimus.
L.	Kedze.	Kedzeb.	Kedzemus.
H.	<i>Keskeny.</i>	<i>Keskenyebb.</i>	<i>Leg keskenyebb.</i>
	Pulcher.	Pulchrrior.	Pulcherrimus.
L.	Zjabbes.	Zjabbeseb.	Zjabbesemus.
L.	Zjabbe.	Zjabbeb.	Zjabbemos.
H.	<i>Szép.</i>	<i>Szebb.</i>	<i>Leg szebb.</i>
	Rotundus.	Rotundior.	Rotundissimus.
L.	Jorbatatz.	Jorbatatzab.	Jorbatatzamus.
H.	<i>Kerek.</i>	<i>Kerekebb.</i>	<i>Leg kerekebb.</i>
	Humidus.	Humidior.	Humidissimus.
L.	Nioska.	Nioskab.	Nioskamus.
H.	<i>Nedveske.</i>	<i>Nedveskébb.</i>	<i>Leg nedveskébb.</i>
	Felix.	Fellicior.	Felicissimus.
L.	Lickogas.	Lickogafab.	Lickuogafamus.
H.	<i>Boldog.</i>	<i>Boldogabb.</i>	<i>Leg boldogabb.</i>
	Humidus.	Humidior.	Humidissimus.
L.	Lufskos.	Lufskofab.	Lufskofamus.
H.	<i>Lutskos.</i>	<i>Lutskofabb.</i>	<i>Leg lutskofabb.</i>
	Dives.	Ditior.	Ditissimus.
L.	Bánda.	Bándab.	Bándaimus.
H.	<i>Gazdag.</i>	<i>Gazdagabb.</i>	<i>Leg gazdagabb.</i>
	Longus.	Longior.	Longissimus.
L.	Kukke.	Kukkeb.	Kukkemus.
H.	<i>Kúrta.</i>	<i>Kürtább.</i>	<i>Leg kürtább.</i>

De Numeralibus.

Numeralia Lapponum maximum inter reliqua ad rem meam adferunt momentum, in his enim tanta per omnes Numeralium species, regnat similitudo, quantum in nulla alia Grammatices parte observare potui. Videamus exempla.

Cardinalia, ad Quaestionem: *Kalli?* Hány? Quót?

<i>Lapponice.</i>	<i>Hungarice.</i>	<i>Latine.</i>
Akht. Agd.	1 Egy. Egj. Edgy.	Unus.
Kuáhte. Kuekta.	Kettő. Két. Ketteje.	Duo.
Qwekta.	2	
Kolma. Holma.	Három.	Tres.
Horma..	3 Háрма.	

Lapponice.

<i>Lapponice.</i>		<i>Hungarice.</i>	<i>Latine.</i>
Nielie. Nelje.	4	Négy. Négye.	Quatuor.
Wihhta. Wita. Wit.	5	öt. öte. öttel.	Quinque.
Kuhdta. Kota. Kot.	6	Hat. Hata.	Sex.
Zjetzja. Kietja.	7	Hét. Hete.	Septem.
Kiehtzja. Tjetja.			
Hetja. Kautzje.			
Kakhtzje. Kaktfe	8	Nyótz. Nyátza.	Octo.
Aktfe. Autzje.		Nyóltz.	
Akhtzje.	9	Kilentz. Kilentze.	Novem.
Logie.	10	Elég. Elegevan. Tiz.	Decem.
Akht loge nal.	11	Egy elég-nél. Egy tiz-nél. Tizen. egy.	Undecim.
Kuáhte loge nal.	12	Kettö elég-nél. Kettö tiz-nél. Tizen. kettö.	Duodecim.
Kuáhte loge.	20	Kettö, Elég. Két elég. Kettöleg. Két-tiz. Hufz.	Viginti.
Kuáhte loge ja akht.	21	Két elég és egy. Két tiz és egy. Huszoney.	Viginti unum.
Kolmaloge.	30	Három elég. Harmastlag. Harmintz.	Triginta.
Nieljalogie. Nelje- lokke,	40	Negyven.	Quadraginta.
Witaloge.	50	Negyedleg. ötödleg. ötödik elég. ötven.	Quinquaginta.
Akhta wita logkai.	51	Egy-ötöd-leg. ötven egy.	Quinquaginta unum.
Kuhâte huhdadlog- kai.	62	Ketto hatod-lag. Hat- vankettö.	Sexaginta duo.
Kautzielogie.	80	Nyoltzadlag. Nyoltz- van.	Octoginta.
Tjuote. Zjnarhte.	100	Száz.	Centum.
Tuhat. Tufan.	1000	Ezer.	Mille.

Ordi-

**Ordinalia, ad Quaestionem: Kallad? Hányad?
Hányadik? Quotus?**

<i>Laponice.</i>	<i>Hungarice.</i>	<i>Latine.</i>
Vuástad.	Egygyed. Egygyedik. Első.	Primus.
Nubbad.	Másod. Második.	Secundus.
Kolmad. Holmad.	Harmad. Harmadik.	Tertius.
Neljad. Neljad.	Negyed. - ik.	Quartus.
Witad. Widad.	ötöd. - ik.	Quintus.
Kotad. Kudad.	Hatod. - ik.	Sextus.
Hetjad.	Heted. - ik.	Septimus.
Kaktfad.	Nyoltzad. - ik.	Octavus.
Autzjad.	Kilentzed. - ik.	Nonus.
Logad.	Tized. - ik.	Decimus.
Kuektalogad.	Huszad. - ik.	Vicesimus.
Tjuotad.	Század. - ik.	Centesimus.
Tuhad.	Ezered. - ik.	Millesimus.

**Distributiva, ad Quaestionem: Kallagi? Hányas?
Mennyis? Mennyinn? Quoteni?**

Kuekti.	Ketten.	Bini.
Holmai.	Hárman.	Terni.
Holmas.	Hármas.	Ternarius.
Neljas.	Négyes.	Quaternarius.
Witas.	ötös.	Quinarius.
Kotas.	Hatos.	Senarius.
Kietjes.	Hetes.	Septenarius.
Holmades.	Harmados.	Qui trientem obtinet.
Neljades.	Negyedes.	Qui quadrantem obtinet.
Witades.	ötödös.	Qui quincuncem obtinet.
Kotades.	Hatodos.	Qui sextantem obtinet.
Logades.	Tizedes.	Decurio.
Tjuotades.	Zázados.	Centurio.
Holmad ászie.	Harmad része.	Tertia pars.
Vitad ászie.	ötöd része.	Quinta pars.
Holmalaka.	Hármaslag.	Trifarum.

De

De Pronominibus.

Pronomina debita attentione considerata dignam
itidem materiem subministrant.

Verum equidem est, quod Pronomina personalia Lapponum *Mon, Todn, Sodn* à Svecorum *Min, Din, Sin*, descendisse videntur, sed reliqua quae in sequentibus notabuntur sunt Lapponicae originis.

Kä? Kii? H. *Ki?* Quis?
Mi? H. *Mi?* Quid? Quale?
Mijas? H. *Mijen?* Qualis.

Muo. Mun. H. *Enyim.* Meus. Tuo. Tun. H. *Tiid.* Tuus. Suo, Sun, H. *Öve.* Suus.

Mijen H. *Mijenk.* Noster. Tijen. H. *Tijetek.*
Vester. Sijen. H. *Övek.* Eorum.

Jobba cobba. H. *Egyis máfis.* Alteruter. Haec vox cum hungarica, non tam sono, quam rythmo convenire videtur; Hungari etenim tales voces rythmicas plurimas habent. *Dib dàb, Aga boga, Dér dur, Dirib darab, Giz gaz, Hejje hujja. Entsem bentsem &c.*

In constructione cum substantivis eum sequuntur ordinem, quem Hungari, ut: *Mijen attje. H. Mi atyánk. Tijen attje. H. Ti atyátok. Sijen attje. H. ök attjok.*

Finni, Pronomina sua personalia Ego, Tu, Ille, cum tribus his particulis: *nisi, non, ne*, compendiose combinant, quod ipsum apud Hungaros in communi sermone quotidie observamus.

B

F. Ellen.

F. Ellen. a	<i>Nisi ego.</i>	H. Ha én nem.
Elles, vel Ellet.	<i>Nisi tu.</i>	Ha te nem.
Ellei.	<i>Nisi ille.</i>	Ha ő nem.
Ellemme.	<i>Nisi nos.</i>	Ha mi nem.
Ellette.	<i>Nisi vos.</i>	Ha ti nem.
Ellei.	<i>Nisi illi.</i>	Ha ök nem.
En.	<i>Non ego.</i>	én fem. (Neque ego)
Es, vel Et.	<i>Non tu.</i>	Te fem.
Ei.	<i>Non ille.</i>	ő fem.
Emme.	<i>Non nos.</i>	Mi fem.
Ette.	<i>Non vos.</i>	Ti fem.
Ei.	<i>Non illi.</i>	ök fem.

Dum aliquid prohibere volunt, tunc Imperativo Pronomen personale Particulâ prohibendi auctum adjungunt.

F. Åle, vel Ålvos.	<i>Ne tu.</i>	H. Te se.
Ålcon.	<i>Ne ille.</i>	ő se.
Ålkämme.	<i>Ne nos.</i>	Mi se.
Ålkât.	<i>Ne vos.</i>	Ti se.
Ålkôn.	<i>Ne illi.</i>	ök se.

Exemplo sit: F. *Ålâ fyð. Ne tu ede* H. *Tese egyél. Én sem izsom, tefe igyál. Ego non bibo, nec tu bibe.* Haec, et similia ea celeritate pronunciant Hungari, quod Particulae negativae, et prohibitivae: *sem, se*, cum Pronomine personali in unam coalescunt vocem, eo prorsus modo uti in Pronominibus Finno-Scandinavum observavimus.

Pronomina coalescunt cum Infinitivis Verborum etiam, ad modum Suffixorum, quae Nominibus, aliisque orationis partibus jungi solent, ut: L. *Mannadinam, Mannadinad, Mannadines.* H. *Mennem, Menned. Mennie kell.* Mihi ire. Tibi ire. Illi ire oportet. His in exemplis videmus in lapponico suffixum *nam, nad, nes*, et in hungarico suffixum *em, ed, ie*, verbo adjuncta esse, quae efficiunt, ut hi Infinitivi per Numeros et Personas flexibiles evadant. De his suo loco in capite (De verbis, eorumque Infinitivis), uberius

uberius tractabitur; hic pauca haec meminisse necesse erat.

Pronominibus *Ká* et *Mi* interdum Emphaseos causa in fine additur *tas*, hoc modo: *Kátas? Mitas?* Prorsus simile quid contingit cum iisdem Pronominibus Hungarorum *Ki* et *Mi*, his enim Emphaseos causa saepissime addunt terminationem *tsoda*, hoc modo: *Kitsoda? Mitsoda? Quis? Quid?*

Praeterea additur saepe tribus his Pronominibus interrogativis *Ká? Kutte? Mi?* Quis? Quid? terminatio, aut potius Adjectio syllabica *Ke*, quae eorum significationem mutat, fiunt enim Personalia, aut, si vis; Distributiva, ut: *Káke, Kutteke, Miks.* ex. gr. *Káke pátá.* Unusquisque veniet, quod Hungari eodem prorsus modo exprimunt, addita Adjectione syllabica: *Kiki eljö. Kiki leül, és eszik.* Unusquisque sedet et comedit. At Hungari praeter Adjectionem hanc syllabicam praefigunt his Pronominibus aliam quoque: *Vala-*, quae itidem pulchre convenit cum lapponico *Ke*. Ex. gr.

L. Kutte	etsá	mo?
H. Ki	szeret	engem?
<i>Quis</i>	<i>amat</i>	<i>me?</i>
L. Jus Kutteke	etsá	mo.
H. Ha <i>valaki</i>	szeret	engem?
<i>Si aliquis</i>	<i>amat</i>	<i>me.</i>
L. Mi	tunji	manni?
H. Mit	tettek	(tűnáltak) néked?
<i>Quid factum est tibi?</i>		
L. Jus	<i>mike</i>	<i>sjadda.</i>
H. Ha	<i>valami</i>	<i>történék.</i>
<i>Si</i>	<i>quidquam</i>	<i>evenierit.</i>

De Possessivis et Suffixis.

- Dik.
- 103. Khurufz.
- 105. Khoráfz.
- 106. Petuk.
- 137. Taká.
- 167. Kokar.

Mony. *Ovum.*
 Tyukmony. 160.
 Tojás.

- 54. Muna.
- 55. Munna.
- 56. Kanamuna.
- 63. Muno.
- 67. Monn.
- Mom.
- 68. Mun.
- Mou.
- 69. Mungi.
- 123. Mjána.
- 124. Monna.
- 125. Mónu.
- 132. Múni.

Tik. Tyuk. *Gallina.* 161.
 Kakas. *Gallus.*
 Tšibe. *Pullus.*
 Eme tyuk. *Gallina foemina.*

- 1. Kokos.
- 3. Kokozk.
- 5. Kokoska.
- 6. Kokos.
- 63. Tšibe.
- 64. Tšigi.
- Tsjebe.
- 66. Tokuh.
- 70. Tauk.
- 88. Tavuk.
- 89. Tauk.
- 90. Tauk.
- 91. Tzibifz.
- 92. Tavuk.
- 94. Tauk.
- Tzibi.

- 95. Tauk.
- 96. Tikhi.
- Tauk.
- 98. Taká.
- 99. Taok.
- 101. Tagák.
- 102. Takhu.
- 103. Tauk.
- Tavok.
- 104. Tauk.
- 105. Tavok.
- 135. Takia.
- 136. Takja.
- 137. Emetaka.

Lud. *Anser.* 162.
 Kátfa. *Anas.*

- 13. Goid.
- 16. Ged.
- 17. Geöd.
- 18. Guöd.
- 19. Gud.
- 66. Lonta.
- 67. Lunt.
- 68. Lünt.
- 69. Lunt.
- 70. Lont.
- 72. Lunt.
- 73. Lont.
- 77. Kafz.
- 78. —
- 79. Kaz.
- 87. Káza.
- 88. Kafz.
- 89. Kaz.
- 90. —
- 91. — Kafz.
- 92. 93. 94. 95.
- 96. Kats.
- 97. Kafz.
- 98. 99. 100. 101.
- 102. Gafz.
- 103. Kaz.
- 104. —

105. Kafz.
 106. Khafz.
 111. Kafz.
 112. 113.
 114. Kaaz.
 115. Gad's.
 117. Kafz.
 119. —

 Kátfa. *Anas.* 163.
 Lud. *Anser.*
 4. Kas'na.
 6. Katfor.
 10. Katska.
 11. —
 63. Ludo.

 Galamb. *Columba.* 164.
 Golub. *Rossice.*
 1. —
 2. —
 3. Golubits.
 4. Golub.
 5. —
 6. Golb.
 7. Goluba.
 10. Golenb.
 11. Golub.
 12. Golub.
 13. Kolommen.
 14. Koulm.
 16. Kolm.
 17. Kolom.
 18. Kolomen.
 19. Kölobmön.
 22. Kolumba.
 23. Kolomba.
 27. Kulon.
 28. Kolombje.
 45. Polumb.
 46. Porumb.
 59. Gulü.
 60. Gulu.
 61. Gulka.

62. Gulub.
 120. Gulii.

 Eke. *Aratrum.* 165.
 Arat. Aratok. *Meto.*
 13. Arat.
 Aradr.
 14. Alatzr.
 Aratzr.
 25. Arado.

 Borona. *Occa.* 166.
 Eke. *Aratrum.*
 Borona. *Rossice.*
 1. Borona.
 2. Brana.
 3. —
 4. Brani.
 5. Brana.
 6. Brona.
 10. —
 11. Borona.
 12. —
 138. Barana.
 166. Brona.
 18. Eg.
 13. Ege.
 34. —
 35. Eggé.
 40. Eggé.
 44. Ekketefz.

 Határ. *Limes.* 167.
 Me'sgye.
 Sinor. *Chorda. Regula.*
Linea.
 Me'fa. *Rossice.*
 3. Medja.
 4. Metfa.
 6. Mefza.
 7. Miö'fa.
 10. Miödtza.
 11. Me'fa.
 12. 59.
 60. Mi'fa.

61. Me'fa.
 62. Mje'fa.
 85. Szinur.
 86. Szinur.
 92. Szinor.
 126. Me'fa's.
 166. Mi'fa.

Kápu. *Porta.* 169.

88. Kapú.
 92. Kapu.
 105. Kapó.
 108. Kapi.

Údvar. *Aula.* 170.

Dvor. *Rossice.*

1. Dvor.
 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11.
 13. Dor.

Mérő. *Mensura.* 173.

Mérték.

Mjera. *Rossice.*

1. 2. 3.
 4. Mira.
 5. Mjera.
 6. 7. 9. 10. 11. 12.
 57. Mjarii.
 59. Mjera.
 60. Mera.
 62. Mjera.

Kád. *Cadus.* 174.

Veder. *Urna.*

Kád. *Rossice.*

2. Kádka.
 4. Kád.
 5. —
 10. Kádz.
 13. Kád.
 20. Kádofz.
 22. Kádufz.
 66. Kád.
 81. Kád.
 137. Vedré.

Balta.

Szekertze.

Fejfe.

1. Szjekira.
 2. Szekera.
 3. Tšekira.
 4. Szekera.
 5. Szjekira.
 6. Szekera.
 7. 9. 10. 11.
 22. Szekurifz.
 88. Baltá.

89. —

90. — Balta.

91. 92. 93. 94. 95.

96. Balti.

98. Baltá.

99. Baltau.

101. Maltá.

103. Baltá.

104. Baltá.

105. 130.

132. Baltu.

148. Balto.

149. 150.

Or.

Lopó.

Tolvaj.]

Vor. *Rossice.*

66. Tolmik.

68. Tulmint.

Tulmik.

69. Tolmak.

90. Vor.

91. Vur.

95. Ura.

96. Ura.

97. Ourud'fi.

98. —

99. Uoro.

104. Oro.

106. Orjakh.

175.

Securis.

Strá'fa.

Strá'fa. *Custos.* 184.
Sztoro's. *Roffice.*

1. Sztrá's.
2. —
3. Sztrá'snik.
4. Sztrá'sni .
5. Sztrá's.
9. Sztro's.
10. 11. 12.
57. Sztoro'fu.

Kattona. *Miles.* 190.

Bátor. *Audax.*

Vitéz. *Miles.*

Legény. *Juvenis.*

Szegödött. *Mercenarius.*

Serény. *Celer. Agilis.*

Bajnok. *Pugil. Athleta.*

Boinik. *Roffice.*

Boin.

Voinik.

3. Vitez.
17. Szegeder.
- Szögödör.
61. Ljedna.
63. Szariny.
- Szjargeny.
89. Bajatur.
92. Bátor. 94.
99. Bátorlik.
- Bátor.
104. Bátor.
105. Bátor.

Iga. } *Jugum.* 196.

Járom. } *Roffice.*

1. Igo.
2. Järm.
3. Járam.
5. Igo.
- Járem.
7. Járe.
8. —
9. Jár'smos

10. —
11. Jármó.
54. Ikkja.
55. Ikke.
56. Ijuge.
57. Jugei.
60. Igo.

Világosság. *Lux.* 199.

54. Valkéufz.
57. Valgei.
63. Valk'fész.

Vén.

Vénhedt. } *Senex.* 202.

54. Vanha.
55. Vanna.
56. Vanga.
57. Vangu.

Alatfon. Alfo. *Hu-*
mile. 205.

Kutak. Kitfin. *Parnm.*
Otfo. *Vile.*

56. Alagana.
59. 60. Ulin.
61. Alkine.
62. Alkjenje.
65. Ulin.
67. Ellim.
68. Jalin.
88. Altfák.
92. —
94. Alfa.
99. Alafa.
103. Alytfak.
105. Altfák.
114. Lokhun.
115. Lakhon.
116. Lakhun.
76. Kutfuk.
77. Kuta.
118. Vuotfu.

Nagy. *Magnum.*

Elég. *Sufficiens. Satis.* 206.

S 3

88.

88. Olu.
 89. Ulu.
 90. Ulkan.
 91. Ulug.
 92. —
 94. Ullu.
 95. 96.
 97. Ulug.
 98. Ulu.
 99. Ologoi.
 100. Ulu.
 102. Ulug.
 105. Ulken.
 106. Ulakhán.
-
- Kitfin. *Parum.* 207.
 Darab. *Frustrum.*
 Kurta. *Breve.*
48. Dahab.
 76. Kutsuk.
 77. Kitfik.
 79. Kitfin.
 82. Koten.
 89. Kitskinje.
 Kitfik.
 91. Küszkinja.
 92. Kitfi.
 93. Kitfik.
 94. Kitskinja.
 Kitzik.
 95. Kitfuk.
 96. Kitze.
 Kitfu.
 97. Kitfik.
 98. Kitfin.
 99. Kitfek.
 100. Kitfi.
 101. Kutsu.
 102. Kurd.
 103. Kitfik.
 105. Ketfik.
 106. Kutsugui.
 109. Kotsuk.

171. Kord.
 183. Ketfil.
-
- Fejér. *Album.* 208.
 Vilagos. *Lucidum.*
Candidum.
 Arany. *Aurum.*
50. Aratz.
 51. Aratz.
 54. Valgi.
 — Valkija.
 55. Valge.
 56. Valgie.
 57. Valge.
 58. Velkefz.
106. Urjun.
 120. Jalana.
 121. Jallina.
 Jellena.
 136. Tzaran.
 137. —
 139. Bagdarin.
 140. 141. 142. 143. 146.
-
- Fekete. *Nigrum.* 209.
 Tferna. Nomen rivuli
 ad Oppidum Déva in
 Transilvania.
 Kara. Nomen pagi in
 Transilvania.
- I. 2. 3. 4.
 5. Tferno.
 6. 7. 8.
 9. Tferno.
 10. Tferno.
 11. Tferno.
 12. —
 89. — Kará.
 90. — — 106.
-
135. 136. 137.
- Veres. *Rubrum.* 210.
 Tferes. *Rubefactum.*
Corium cortice
Quercij maceratum.
 Krafzna.

Krafzna. *Nomen Oppidi et Rivuli in Transilvania.*

Sziürke. *Album nigro variegatum. Germanice Schimmel.*

Krafzno. *Rossice.*

1. Tsermno.

2. Krafzno.
Tserveno.

4. --- II.

12. Krafzimno.

55. Verrev.

76. Zurkh.

Sziürk.

79. Szirk.

Zurkh.

102. Szürük.

Zöld. *Viride. 211.*

Kék. *Coeruleum.*

Zeleno. *Rossice.*

1. Zeleno.

2. --- 12.

43. Zals.

95. kok.

97. Kuk

98. —

100. Kék.

101. Kuk.

Kok.

106. Kjuk.

Kég.

134. Kuk.

141. Kuku.

Könnyü. *Levis. 214.*

60. Kokni.

66. Kunna.

67. Kunne.

68. Kannak.

69. Kiina.

73. Koneg.

Jol. *Bene. 216.*

Dobra. *Nomen Op. in Trans.*

Dobro. *Rossice.*

1. Dobro.

2. --- 12.

Laffan. *Lente. 224.*

66. Lafzi.

67. Latsem.

68. Lafz.

69. Latfel.

Elö. *Eleven. Vivus. 225.*

Élet. *Ilet. Vita.*

Lélek. *Lilek. Anima.*

Derék. *Derik. Vividus.*

Robustus.

32. Aleiv.

33. Leventeg.

34. Levendikh.

35. Lcbend.

36. ---

37. Levende.

39. Levande.

40. Levendig.

41. Ljavenlik.

47. Eleven.

54. Eljavja.

Ella.

55. Ellav.

Ella.

56. Eljavja.

57. Eljav.

66. Lilin.

67. Lili.

Ljelenk.

68. Lilem.

69. Lilink.

70. Lilenk.

73. Lilin.

74. Lilem.

75. Iljat.

88. Dirik.

89. Terik.

90. Trik.

91. Tirik.

92. Diri.
 94. Tiri.
 95. Tirik.
 96. Teri.
 97. Tirigk.
 100. Tirik.
 103. Diri.
 104. Ljat.
 120. Ilje.
 — Lille.
 121. Ile.
 125. Meléte.
 126. Ileng.
 127. Illek.
 128. 129.
-
- örömeft. 226.
Hilariter.
 öröm. *Gaudium.*
54. Rjemu.
 55. Kemufz, Rööm.
 Röömfzafzte.
 56. Ruadi.
 57. Rad.
 1. 2. 3. 4. 5. Rad.
 61. 62. —
-
- Enni. *Edere.* 277.
 Edmeg. *Ede.*
 Evé-. *Edebat.*
 Kinyir.
 Kinyér. *Panis.*
 Kenyér.
 88. Emék.
 165. Jemjak.
 118. Kimir.
-
- Inni. *Bibere.* 228.
 Ivam. *Bibeham.*
 Iva. *Bibendo.*
 Ifzom. *Bibo.*
 Ifzok.
 54. Juvva.
 55. Juma.
 56. Juvva.

57. —
 59. Juni.
 60. —
 64. Ifzész.
 65. Juni.
 67. Afzok.
-
- Énekelni. 229.
Canere.
 Szolni. *Loqui.*
 'Sanolni. *Iurgari.*
59. Szuvni.
 60. Szolni.
 86. 'Sanna.
-
- Aludni. 231.
Dormire.
 Alom. *Somnium.*
66. Alalakh.
 69. Ulim.
 — Ulma.
 72. Alinte.
 73. Alinta.
 Aluttam. *Dormivi.*
-
- Elvenni. *Accipere.* 233.
 Fofztani. *Spoliare.*
59. Vofztini.
 65. Vafztini.
 Vifztini.
-
- Vágni. *Scindere.*
 Vagdalni. 237.
59. Vundavni.
 65. Vandini.
-
- Vetni. *Serere.* 238.
61. Vidéma.
 62. Vidik.
 63. Vida.
 Videnja.
-
- Szántani. *Arare.* 239.
 Ugarolni.
 Gyurni. *Depferé. Kuet-*
ten.
59. Girni.

65. Gyironi.
 90. Igerga.
 91. Ifzerga.
 94. Ikkali.
-
- Eldugni. 240.
Occultare.
 Seb. *Schubfack.*
 59. D'febni in den *Schubfack*
verstecken.

-
- Vagyon. *Eft.*
 Van. 243.
 Valo. *Existens.*
48. Bugo.
 54. On.
 55. 56. 57.
 61. Uli.
 62. —
 63. Ulo.
 65. Van.
 Uan.
 68. Oli.
 69. Oli.
 Olit (Volt).
 70. Voli.
 73. Vuloul.
 74. Vulvol.
 135. Vanja.
 Vanna.
 137. Vaine.
 170. Vagy.
 Vegy.

-
- Adj. *Dä.*
 Adjäl. 244.
 Adnál. Annál. Atztze.
54. Anna.
 55. Anná.
 56. Anna.
 57. —
 85. Eddja.
 86. Ati.
 135. Atza.
 137. Atzá. 196. Adu.

- Menj. *Ito.* 246.
 Kej. Kelj.] *Cede loco.*
 Alj félre]
 Allok. *Sto.*
 Jövel. *Huc adas.*
54. Menek.
 Mjane.
 55. Minne.
 Kei.
 56. Mjane.
 57. Mene.
 63. Kai.
 64. Kai.
 65. Min.
 66. Manen.
 68. Min.
 69. Mana.
 70. Juva.
 — Mina.
 73. Mina.
 84. Alok.
 Aly.
 97. Kely.
 98. —
 99. Kil.
 101. Kely.
 106. Kely.
 120. Mõna.

-
- En. *Ego.* 247.
 Ez. *Hiccs.*
 Az. *Iste.*
 Mi. *Nos.*
 Mink.
54. Minja.
 55. Minna.
 56. Minja.
 57. —
 58. Mon.
 59. Mje.
 60. Mee.
 61. Min.
 62. Mon.
 63. Min.

- 63. Min.
- 65. Mon.
- 76. Men.
- 77. Emen.
- 79. Ez.
- 80. Afzfe.
- 82. Ani.
- 83. Anu.
- 84. Ano.
- 85. Ene.
- Ena.
- Ana.
- 86. Jena.
- 87. Ana.
- 88. Ven.
- 89. Min.
- 90. Min.
- 91. Men.
- 92. Men.
- 93. —
- 94. — Min.
- 95. Men.
- 96. 97. 98. 99. 100. 101. 104.
- 106.
- 107. Efz.
- 120. Mau.
- 121. 128.

Te. Tu. 248.
 Ti. *Vos.*
 Tüj
 Ti. *Roffice.*

- I. Ti.
- 2. — — II.
- 13. Ti.
- 14. Te.
- 16. Tu.
- 17. —
- 18. Tl.
- 19. Ta.
- 20. Ti.
- 22. - 26. Tu.
- 27. Tju.
- Te.

- 28. Tü.
- Toa.
- 29. Te.
- 30. Thu.
- 31. —
- 32. Tha.
- 33. Du.
- Tu.
- 34-40. Du.
- 41. Dö.
- 42.-44. Tu.
- 45. Tyi.
- 46. Tu.
- 47. Te.
- 58. Todn.
- 59. Te.
- 60. Ti.
- 61. Ton.
- 62. —
- 63. Tin.
- 64. Aze.
- 65. Ton.
- 75. Te.
- 76. Tu.
- 77. —
- 80. Du.
- 102. Tu.
- 107. 166. 167. 168.
- 170. Te.
- 171. Tu.
- 173. —
- 176. —

ö. *Ille.* 249.

- 14. ö.
- 16. 17. 19.
- 76. O.
- 77. O.
- 79. Ui.
- Uju.
- 93. O.
- 102. U.
- 169. Uö.
- 170. Jue.

ML

- Mi. }
 Mü. } *Nos. 251.*
 Mink. }
 Mejénk. *Noster.*
 Mi. *Rossica.*
 1. Mi.
 2. — II.
 13. Ni.
 14. —
 54. Múe.
 — Mi.
 — Me.
 55. Meie.
 56. Mio.
 57. —
 58. Mije.
 59. Mi.
 60. Mejesz.
 61. Min.
 62. —
 63. Me.
 — Mie.
 65. Mi.
 67. Men.
 68. Mi.
 69. Man.
 70. Mung.
 71. Me.
 73. Min.
 74. Ming.
 75. Mat.
 76. Ma.
 77. Emma.
 76. Mak.
 102. Ma.
 107. Mek.
 120. Manje.
 121. Mane.
 122. Man.
 128. Më.
 134. Mendja.
 147. Mits.
 153. Muju.

157. Muri.
 170. Ma.
 182. Mo.

 Ti. }
 Tik. } *Vos. 252.*
 Tijéd. }
 Tejéd. } *Tuus.*
 Tenéked. *Tibi.*
 54. Tii.
 — Te.
 55. Teie.
 56. Tio.
 57. Tio.
 58. Tije.
 59. Ti.
 60. Tjajasz.
 61. Tin.
 62. —
 63. Te.
 Tii.
 65. Ti.
 75. Tonida.
 107. Tuk.
 134. Tendja.
 135. Ta.
 137. —.
 153. Tuju.
 166. Tume.
 Tumer.
 167. Tufza.
 168. Tum.
 169. —
 173. Tambi.
 176. Tumi.

 Nekik.
 Nekiek. *Illis. 254.*
 54. Neili.
 55. Neil.

 Mi? *Quid?* Ki? *Quis.*
 255.
 Mije? *Cujus?* Kije?
Cujus.
 Minek?

Minek? *Cui. Kinék? Cui.*
 Mit? *Quid? Kit? Quem.*
 Mitöl? *A quo? De quo?*
 Mid van? *Quid habes?*
 Mis. Mitsodás? *Qualis?*
 Min ül? *Super quid sedet?*
 Miaz? *Quid est hoc?*

- 23. Ke.
- 24. -29.
- 42. Ku.
- 43. Koo.
- 44. Ku.
- 47. Mi.
- 54. Midja.
- 55. Misz.
- 56. Midja.
- 57. Mida.
- 58. Mi.
- 59. Mii.
- 60. Moi.
- 61. Mjaze.
- 62. Mjazja.
- 63. Mo.
- 64. Min.
- 65. Mar.
- 70. Mii.
- 71. Kai.
- 73. Mukoi.
- 74. Mugul.
- 75. Kae.
- 81. Me.
- Mi.
- 82. Ma.
- 83. Mu.
- 85. Ma.
- 88. Ki.
- 109. Mugoko.
- 128. Kai.
- 167. Kagdege.
- 168. Ka.
- 169. Kijé.

Mivel? *Per quod?* 256.
Qua re?

Millen? }
 Milljen? }
 Mijen? } *Qualis?*
 Minö? }
 Minémü? }
 Miolta? *Quamdiu?*
 Minek? *Cui rei?*
 Mi. Mitsoda? *Quid?*

- 54. Millja.
- Minéka.
- 55. Mikkaga.
- Mizga.
- 56. Millja.
- Minkera.
- 57. —
- 58. Mai.
- 59. Mien.
- 60. Maen.
- 61. Mjasznje.
- 62. Mjefz.
- 63. Moden.
- 64. Minba.
- 65. Main.
- Marin.
- 67. Maneral.
- 70. Miina.
- Miogarot.
- 73. Miljonta.
- Mugalinat.
- 74. Mugulinat.

Ki? *Quis? Kinek?*
Cui? 257.
 Kit? *Quem?*
 Kivel? *Quocum?*
 Kinél? *Apud quem?*
 Kitöl? *A quo?*
 Kiét? *Cujus suum?*
 Kim van? *Quem habeo?*
 Ki millyen? *Quis qualis est?*
 Mi? *Quid?*
 Mivel? *Qua re?*

- Melik? } *Uter?*
 Mellyik? }
 Minö? *Qualis?*
 Min fekszik? *Super qua*
re jacet?
 Kto. *Roffici.*
1. Kto.
 2. --
 3. Ki.
- Kee.
4. Kdo.
Kim.
 5. Ki.
Kim.
 - 6-12. Kto.
- Kim.
 - 23-28. Ki.
 54. Kanen.
 55. Kellega.
 56. Kenenkera.
 57. Kanenkera.
 58. Maina.
 59. Kodked.
 60. Kinkopje.
 61. Kemardá.
 62. Kimártsz.
 63. Kam.
Kundinja.
 64. Kámba.
 65. Kinen.
 66. Kannit.
 67. Kanjurtil.
 68. Kom.
-- Komga.
 73. Melikuimna.
-- Mitokanat.
 74. Kutia.
 79. Kai.
 85. Man.
 86. Min.
 87. Manik.
 88. Kimin.

92. Kimlan.
94. Kam.
97. Kemlja.
98. Kim-mile. Mile.
99. Kem.
Kimikan.
101. Kim-mile.
130. Kimilja.
Kembeljan.
104. Kemnen.
105. Kembeljan.
106. Kimenjan.
110. Menau.
135. Kiner.
137. Kenjér.
166. Kanéka.
167. Kavum.
169. Kifzfe.

Nem. Non. 259.

- I. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.
 II. 13. 14. 16. 17. 18.
 19. 22. 23. 24. 25. 26.
 27. 28. 29. 30. 31. 32.
 33. 35. 37. 38. 39. 40.
 42. 43. 44. 46. 47. 76.
 77. 78. 80. 168. 169. 170.
 Na. Nan. Nja.
 Ne. Nee. Nei. Nem. Ne-
 ma. Nein. Nen. Neing.
 Neije. Nehen.
 Ni. Nie. Niea. Nifz. Nifz-
 ta. Njafzta. Nju.
 No. Non. Nong.
 Nu. Nue. Nuo.

It. Hic. 261.

- Itten.
 Ottan. *Illic.*
53. To.
 54. Téze.
 56. Tefzja.
 57. Tefz.
 58. Tafzfe.

59. Tatani.
 60. Tatn.
 61. Tefzkán.
 62. Tjeszá.
 63. Tifta.
 65. Tatin.
 66. Szita.
 67. Tit.
 68. Tit.
 69. Tid.
 70. Titi.
 71. Tindi.
 73. Tjet.
 74. Tit.
 75. Tamet.
 126. Tinda.
 128. Tendi.
 147. Tje.

Ot. Ott. Ottann. *Illic. Ibi.* 262.

Oda. *Illuc.*

Te-ide. *Tu veni huc.*

Onnan. *Inde.*

Innen. *Hinc. Ide. Huc.*

61. Tofzo.
 62. Tofzá.
 63. Tufzo.
 64. Onda.
 65. Otin.
 66. Tuto.
 67. Tat.
 68. Tot.
 69. Totiu.
 70. Tota.
 71. Tout.
 73. Tottagaina.
 74. Tad.
 88. Onda.
 89. Ondá.
 90-105. Andá.
 106. Onno.
 107. And.
 III. Ad.

- Ada.
 Dajak.
 Dáá.
 120. Tainjagi.
 121. Taina.
 126. Tottjada.
 135. Tinde.
 137. Tendje.
 142. Tadu.
 146. Tadu.

Alatt. *Sub. Infra.* 263.

Alá. *Sub (Ad locum).*

Alám. *Sub me.*

54. Alls.
 55. --
 58. Vuolo.
 59. Ulin.
 61. Alanzá.
 62. --
 65. Ul.
 88. Altindé.
 98. Altinda.
 101. Altindá.
 103. Alt.

Fenn. *Super.* 264.

Fel. *Sursum.*

Fejül. *Superne.*

Fejülle. *De super illo.*

Nál. *Apud.*

54. Pjalja.
 Péle.
 Perla.
 56. Pialja.
 57. Pell.
 58. Nál.
 59. Vilin.
 60. Nál.
 65. Vilin.
 67. Neulonta.

Hogy? *Quomodo?*

Millyen? *Qualis?*

Mit? *Quid?* 270.

Kit?

Kit? *Quem?*
54. Millja.
— Mita.
60. Kit.
70. Hogy.
79. Kjugy.
Kjugyi.
82. Ki.

Né. Ime. *Ecco.* 273.
Nézd. *Vide.*
Na. *Hecus.*
51. Mi.
54. Na.
56. 57.
70. Titimo.
75. Nendi.

Adjungam his demum Numeralia 34 Nationum,
quae Numeralibus Hungarorum magna ex parte
similia esse videntur.

	I.	2.	3.	4.
47. <i>Hangarice.</i>	Egy. Egyik.	Kettő.	Három.	Hárma. Négy.
48. <i>Avarice. 1.</i>	Dialektus.			
48. <i>Avarice. 2.</i>	Dialektus.			
	<i>Kumicice in Dagestan.</i>			
50. <i>Lesgice.</i>				
51. <i>Lesgice.</i>				
52. <i>Lesgice.</i>				
54. <i>Finnice.</i>	Iksz.	Kaksz.	Kolme.	Nelija.
55. <i>Esthönice.</i>	Iksz.	Kaksz.	Kolm.	Nelje.
56. <i>Cavelice.</i>	Iukszi.	Kakfi.	Kolmje.	Nellja.
57. <i>Olonice.</i>	Iukszi.	Kakszi.	Kolme.	Nelli.
58. <i>Lapponice.</i>	Akty.	Kuekty.	Kolm.	Nelyje.
59. <i>Sirjanice.</i>	Itip.	Kik.	Kuim.	Njul.
60. <i>Permice.</i>	Otik.	Kik.	Kvin.	Njulja.
61. <i>Mordwinice.</i>	Vjaity.	Kafto.	Kolmo.	Nilje.
62. <i>Makschanice.</i>	Veikja. Fkja.	Kafta.	Koluna.	Niljä.
63. <i>Tscheremissice.</i>	Iktety.	Koktoty.	Kumuty.	Nility.
64. <i>Tschuvaschice.</i>	Prja.	Ikke.	Vifzfze.	Dvatta.
65. <i>Votjakice.</i>	Odik.	Kik.	Kvin.	Nily.
66. <i>Vogulice.</i>	Aku.	Kity.	Kórom.	Nila.
67. <i>V. in Verkhbot.</i>	Aku.	Kita.	Kórom.	Nila.
68. <i>V. in Tscherdima.</i>	Aku.	Aiva. Kita.	Urum. Kur.	Nilä.
		Kati.		
69. <i>V. in Berexova.</i>	Aku.	Kitai.	Kurim.	Nilyle.
			Khórum.	
70. <i>Ofsjakice.</i>	Ity.	Kátiny.	Kholim.	Nüly.
71. <i>O. ad Navim.</i>	Ity.	Katny.	Khüleim.	Nyjelle.
72. <i>O. ad Juranje.</i>	Atily.	Kjalkiny.	Kolim.	Nille.
73. <i>O. Lumpokolice.</i>	Atily.	Katkiny.	Kolim.	Nille.
74. <i>Vaszjanganice.</i>	I.	Katekheny.	Kolony.	Nille.
76. <i>Perfice.</i>				
77. <i>Kuvdice.</i>				
78. <i>Avganice.</i>				
131. <i>Taiginice.</i>		Kidde.		
132. <i>Kamaschbinice.</i>		Siddja.		
133. <i>Koibalice.</i>		D'fidja.		
134. <i>Motorice.</i>		Kiddja.		

Vocabularia comparativa Linguarum Slavicae originis, quae continent vocabula, magna ex parte Oeconomiam et Technologiam spectantia.

Perlustrato Veteri Testamento, transeo ad Novum. Profecto non aliter vocabula Finnica, Lapponica, Esthonica, Vogulica, Votjakica, Tschuvaschica, Tschheremissica, Permica, Sirjenica et Morduanica mihi contemplanti sese offerunt, ac si rudera

5.	6.	8.	100.	1000.
Öb.	Hat.	Nyoltz.	Száz.	Ezer.
Vifzi.	Kufzi. Kuufz.		Zata.	Afzkergu.
Vifa.	Kuufz.		Szadda.	Kfzkergu.
Vüzi.	Kuu'fi.		Sada.	Azerba.
Vifi.	Kuzi.		Szata.	Azargo.
Vity.	Koty.			Azargo.
Vity.	Kvaity.			Azargo.
Vity.	Kvety.		Tföa.	Tuzany.
Vjatze.	Koto.		Szjada.	Tuhat.
Vjetjá.	Kotá.		Szjada.	
Vízity.	Kuduty.		Sjudo.	
Piik.	Olta.		szjur.	
Vity.	Kuaty.		Szju.	
Aty.	Koty.	Nilonu.	Sjata.	
Aty.	Koty.	Nelololy.	Sod.	
Aty.	Khorje.	Nelolju.	Sjad.	
Aty.	Koty.	Njullou.	Tfat.	
Ujety.	Khoty. Katy.	Nnuly.	Szaty.	
Ujety.	Khuty.	Nülle.	Szoty.	
Ujety.	Kuty.	Nillakh.	Szaty.	
Ujety.	Kuty.	Niglakh.	Szaty.	
Vety.	Kuty.	Niglakh.	Tföa.	
			Szad.	Hazár.
			Szad.	Hazár.
				Szir.

et reliquiae ex Veteri Testamento superstites essent. Contra vero ea, quae ex linguis Slavicae originis depromo, nova omnia, et nuperrime adscita esse clarissime videntur. Truncata sunt illa priora, manca, et tanquam nummismata ex antiquissimis ruderibus eruta, detrita tantopere, ut difficulter figuram primitus impressam criticus detegere possit. At posteriora intacta quasi nobis adservata sunt. Utrum Hungari propria, an memoratae nationes sua truncaverint vocabula, decisu facillimum non est, conjicere

Tamen

tamen iusta de causa audeo, Hungaros sua immutavisse, interea dum illae propria intacta conservare potuerunt vocabula. Ratio est, nationum Europeanarum varietas, cum quibus a decem fere seculis, Hungari eandem colunt terram. Arcta harum connexio, et ininterruptum contubernium, intactam nullatenus relinquere potuit Hungarorum linguam, patet hoc evidentissime ex eo, quod Hungari non solum vocabula numerosa, sed terminationes etiam novas in linguam suam assumerunt, quae Arpadi filiis olim prorsus incognitae erant. Tales sunt: *ka, ke, nok, nik, ár, ér, kalitzka, kamuka, kovátska, dugótska, kaptótska, követske, szekérke, titoknok, komornik, szálka, szilke, hurka, szipka, koltsfár, kádár, fellér, petzér*. Olim dicebat Hungarus: *kovats, dugats, kapots, követs* etc.

Hungaros ingentem vocabulorum numerum ex linguis Slavicis assumpsisse, nullus mirabitur, qui animadvertet illas magna Terminorum Technicorum, et ideas abstractas notantium copia gaudere, his gens nostra tamdiu carere potuit, quamdiu vitam in Asia nomadicam degens, artium notitiam acquirere non cogeatur. Termini Technici: *Ljesz, Förste, Forst, Gruz, Povož, die Tracht, Szorok, Frist, Szkuka, die Langeweile, Sztichia, das Element, Pomjestfik, der Frohnherr, Paz, Zgib, die Fuge, Baika, der Flannell, Kvasénije, Bro'senije, die Gahre (Fermentatio), Szok, die Gerberlohe, Ritlag, der Hebel (Vectis), Volokita, der Jungferknecht, Celadon, Adonis*, et pluriimi his similes, quorum ideam in lingua nostra periphrastice tantum exprimere valemus; in lingua Slaviano-Serbica et Russica jam diu usitati sunt. Notare autem oportet, quod maximam partem horum vocabulorum ex linguis hisce mutuatorum constituent Substantiva res physicas, technologicas, oeconomicas (vix ullas morales) notantia, rara reperi

Adjecti-

Adjectiva, valde pauca Verba, vix unam alteramque Particulam.

At non nova solum Hungari a suis vicinis affumfere vocabula; verum sua propria antiqua dederunt, nova iis nomina Slavica, aut alia peregrina substituentes. Non erit hoc superfluum quibusdam illustrare exemplis.

Antiqua.

Nova.

<i>Fur.</i> Or.	Tolvaj, Lopo, Příbék, Prédáló.
<i>Furari.</i> Orozni.	Tolvajkodni, Lopni, Prédálni.
<i>Custos.</i> Őr. Tőfőz.	Páztör, Stráfa, Bakter, Tzirkáló, Kerülő, Vigyázp. Ront. Silbak.
<i>Morbus.</i> Korfág.	Nyavaja, Betegfég.
<i>Morbidus.</i> Kor.	Beteg, Beteges, Nyavajás, Pipogyás, Kornyadozo. Ispotályos.
<i>Faba.</i> Bab.	Fufszujka, Fafzul, Pafzul.
<i>Pupa.</i> Báb.	Alak, Buba.
<i>Foemina.</i> Nő.	Felefé, Házastárs, Afzfzony, Afzfzonyfág, Uriazfzfzony, Dáma.
<i>Domus.</i> Hon. Hony.	Ház, Szoba, Hajlék, Palota, kastély, Udvarház.
<i>Equus.</i> Lo.	Paripa. Kabala.
<i>Puella.</i> Jány. Lány.	Léányafzfzony, Fraj, Frajtzimer, Pefztunka, Mamzel.
<i>Virgo.</i> Szüz.	Kifafzfzony, Kontefz.
<i>Senex.</i> Ag.	Banya, öreg, Vén.
<i>Cantus.</i> Rege. Dal.	ének, Nota, Dudolás, Danolás, Háromonia, Dalléra.
<i>Sermo.</i> 'Sana.	Befzéd, Befzelgetés, Terétslés, Szofzaporitás.
<i>Exundatio.</i> özön.	Áradás. Kiáradás, Vizár.
<i>Dux.</i> Főember. Főtiszt.	Fővezér, Főispány, Kapitány, Hadnagy, Biro, Tisztarto, Előljáro.
<i>Lancea.</i> Nyárs.	Lántfa, Dárda, Spáde, Szabja.
<i>Carnifex.</i> Bako.	Hengér, Hohér, Mester.
<i>Pars elegantior.</i> Mál.	Áfzepe valaminek, Rokamál, Áfzép ízölöhegyek, Kómál, Kukukmál, Nagymál, Ketskemál, Mézesmál.
<i>Ovum.</i> Mony. Koko. Tojás.	Tikmony, Tyukmony.

Non dubito fore plerosque, quibus vocum nonnullarum Etymologia in sequenti Vocabulario occurr-

rens ridicula videbitur, praesertim iis, qui hujusmodi contemplationibus adsveti non sunt. At duo solummodo exempla his criticis adlata sufficient ad eos in abdita Etymologorum penetralia introducendos. Quis crederet hungaricum *özvegy*, ex latino *vidua*, derivari posse? At hujus asserti veritas facile demonstrari potest. Quod Russi suum *Vdova* ex latino *vidua* fabricaverint, vel puer facile videt. Ex hoc fit verbum rufficum: *Oudovjety*, quod significat: *Orbari conjugē*. Si ex hoc verbo separet literas: v. o. j fit vox: *Odusty*, quod est ipsissimum *özvegy* Hungarorum, nec ulla unquam radix reperiri potest, ex qua vox haec deduci facilius possit. Alterum exemplum esto latinum *Dies*, ex quo Gallorum *Jour*, *Journal*, derivari posse primo intuitu procul dubio absurdum nonnullis videretur, at illi, qui ex nominibus varias orationis partes derivando formare norunt, rem planam esse intelligent. Ex voce *Dies* fit Adjectivum: *Diurnus*. Hujus priores syllabae *Diur* constituunt vocem *Jour*, ex derivativo hujus: *Diurnale* formatum est *Journal*. Haec, et hic similia millena viam illis monstrare possunt planam, qui nonnullas originationes primo intuitu absonas, et violenter quasi derivatas esse judicabunt, quae serio perpendentes discent mei Critici Tolerantiam Etymologicam.

Cum hic loci de variis *Magnae Matris Slavicae* dialectis, earumque cum lingua hungarica commixtione quaedam notare proposuerim, non abs re erit, erudite concinnatam de his dialectis Dissertationem Magni Viri, et immortalis memoriae scriptoris *Mathiae Bellii* (quam Grammaticae *Slavico Bohemicae Pauli Dolechalii* Szakolcza Hungari, Posonii 1746 editae praemisit) inferere, cum ex paucis his paginis, largam fatis dialectorum notitiam lector haurice, et simul nexum Gentis Hungarae cum populis Slavicis historice evolutum non sine magna voluptate perdiscere possit.

PRAE-

PRAEATIO.

LECTORI BENEVOLO.

S. P. D.

MATHIAS BELIVS.

§. I.

Cum multi sunt, et magno ingenio, et excellenti doctrina viri, qui de humano genere, praeclare, studiis suis merentur; tum eos, cum primis, in hoc censu, jure optimo retuleris, qui diversissimarum Linguarum studia, ita percolunt, illustant atque faciunt, ut gentes ac populi, quos antea, sola discordia linguae dissociaverat, ex diffidio illi, eo proclivius coadunari queant, redireque in mutuam, et insitam naturae humanae, socialitatem. Gravis est S. AUGUSTINI in hanc rem sententia: Linguarum diversitas, hominem alienat ab homine, et propter solam linguarum diversitatem, nihil prodest ad conficiandos homines, tanta similitudo naturae: ita, ut libentius sit homo, cum cane suo, quam cum homine alieno. Ita se rem habere, nemo temere negaverit; sed nec causam ejus dissociationis difficile est indagare, qui eam, vel obiter, sed cum ratione apud se existimaverint. Nimirum, homo, non percipit sensa hominis alterius, nisi id fiat sermonis ministerio, qui rationis, quae ad mentis naturam adinet, optimus esse consuevit interpret. Itaque, fit, ut dissoni oris homines, non fere censeantur inter se hominum vice esse. Quae opinio, si inter gentes

T 3

vicinas

vicinas invaluit, non potest, non societatis vinculum, si quod iis intercessit, contemerare, rumpere, atque in dissidia offensasque mutuas desinere. Quapropter quo sunt, inter dissociatas nationes atque populos loco habendi, ultro citroque missi caduceatores; eandem prorsus merebuntur hi quoque dignationem, qui id circa Linguae suae studia elaborant, ut non modo domi fiant illustria; sed et gentium circumsitaram oculos animosque advertant ad sui cognitionem, quae sane molitio, uti ex se honestissima est, ita eo patet latius, quo circa linguam occupatur antiquiorem, atque usus et utilitatis augustioris.

§. II. Istud vero est quod de praesentis *Grammaticae Slavico-Bohemicae*, tenui, uti videbitur, suo ipsorum ingenio abundantibus, molimine, confidenter adfirmare sustinuerim. Linguam enim *Slavicam*, dum dico, et antiquissimorum populorum, iam olim fuisse ajo; et ita late, per innumeros fere populos diffusam, uti in Europa, aliam nullam. Quod utrumque, alienum per censere hic, et uberius exaggeratiusque multo est, quam ut possit, argumento praefationis, expediri. De vetustate Slavonicae gentis, nihil adinet, scrupulosius elaborare: cujus tanta sunt argumenta, ut vel numerum eorum designare, ne dicam existimare singulorum pondera, difficile sit in ea multitudine. Si *Heneti*, gens Paphlagoniae, et cujus, antiquissimus scriptorum *Homerus*, meminit, Slavorum parentes sint habendi: quod, et multi, et graves scriptores statuunt: ne mihi, Slavi, gens erunt vetusta, qua de re, suo more disputat *Schurtzfleischius*, et dicam scribit, non vulgo tantum eruditorum; sed *Davidi* etiam *Chytrato*, *Henetos* et *Venedos* eisdem facienti. Cum tamen fateatur ipse, Slavos veteres illos, et retrusae memoriae, *Plinio*, *Tacito*, *Ptolomaeo*, *Venedos* fuisse adpellatos, quos lapsu temporis, *Helmoldus*, Presbyter Bosoviensis, *Wini-*
chos,

chos, seu Winulos dixerit: unde Germanicum gentis, *die Wenden und Widischen*, nomen. Sed de Venedis, Slavorum majoribus, nihil laboraverimus. Annē vero idem praeconium et Vandalis tribuemus? Nolim id, sed neque possum, sine veritatis dispendio, facere. Nam Vandalos, germanicum fuisse genus, vocabulum ipsum condocet, ut interpretentur illud, quasi *Wandler*, a perpetua cupiditate migrandi, *zu wandeln*, seu *wandern*. Ergo advertendum cum cura est, Slavos, a Riphataeis; Wandalos, ut gentem Germanam ab Ascaniis, posteris nempe Ascenazi, arcessendos esse: quidquid adseruerit, *Jo. Aventinus*, uti credulus nimis auctor, ita minus certa referens. Haec, ad excutiendam retrusam gentis Slavicae antiquitatem, meminisse oportuit. Certe enim, si iidem sint, cum Henetis, ac Venedis, sicuti sunt omnino, doctissimorum quorumvis virorum sententia gentem habebimus, cum antiquissimis quibusque, de originum vetustate, haud iniquo successu, certaturam.

§. III. Sed retolamus porro, cum *Schurtzschio*, Venedorum, Wandalarumque nomina, antequam de Slavis dicamus diserte. Utrumque, ait ille, usurpavit nitida aetas; ignoravit autem Slavorum; ut vero, sequior illa, et minus culta, mutavit loquendi morem; tantoque hoc fecit familiarius, quanto recentius erat: usque adeo quidem, ut nec hodie i-verit in desuetudinem. Exstat vero Slavorum illud vocabulum, non modo apud *Jornandem et Helmodum*; sed etiam apud *Gregorium Pontificem*, et *Blondum*. Crederes, ista relegendo, eximia cujusdam obscuritatis fuisse, nominis Slavici originem, quia, minus culta aetate, primo omnium, editum. Sed non est ita. Celebria, immo gloriosa sunt ejus vocabuli exordia; sive id demum, ex aliorum sententia, a *Слѣва* derives; sive, uti volunt quidam, a *Слѣвоуѣ*, et hujus inusitato plurali, *Слѣвоуѣцѣ*. Illud glo-

riam significat, notatque gentem, rerum gestarum fama celebrem: istud hominem, seu virum designat, quadratum et singulari praeditum virtute. Id verb celebre nomen, ab hoc, illove primitivo, ipsi sibi indidere, nuperi Venedi: profecto, opprobrii nihil, laudis, immo gloriae plurimum nomen illud referret, a prima statim origine. Nam, quod postea, sive ob Germanorum victorias, sive ob Graecorum scribendi licentiam, Kappa suum adspergentium, Slavi, vel Slavini vocitari coeperunt; id vero, apud Graecos nihil habuit convitii: apud Germanos vero, obtrectationis meretur censuram. Sed, qua quaeso aetate, eo nomine cognitos putabimus Slavos? Vocabulum nimirum Slavorum, Slavinorumque, sexto demum seculo, caepit frequentari; sed nondum ita, ut prorsus obliteraretur Venedbrum: quippe, ipsi *Jornandi* usurpatum. Sequutis postea seculis, ita invaluit Slavorum nomen, ut prioris mentio rara, apud plerosque scriptores nulla; hujus adgidua esset. Summatim dixerim, Slavorum Slavinoque nomen, puriori ignoto aevō, sequiori, eique minus culto, longe fuit usitatissimum.

§. IV. Famēsi autem, diversissimae Vandalarum et Venedorum, qui postea Slavi dicti sunt, fuerunt gentes; tamen, intercessit utriusque bellici moris, ac fortunae contagio quaedam, migrationumque aemulatio. Gentium omnium profectionem, ex Asia repetendam esse, doctorum concursu fere sententia est. Hinc ergo Vandali, tamquam ex primis sedibus, prodire. Vandalos sequuti sunt Venedi, Henetorum, in Paphlagonia propago, Slavorum postea majores. Infederant Vandali Sarmatiam eam, quae inter Tanaim, et Borysthenem porrigitur. Reliquos, vasta illa spatia, quae sunt inter Albim, et mare Balticum, illicuerunt. Pars deinde in Africam, demigravit, pars, per fretum Anianum transvecti, Americae

ritae tractus, occuparunt. Vandalis, Venedi, Venedis *Sarmatae*, et sic porro, gentes aliae, gentibus diversis, succedebant. Sed Vandalos sequi, diutina Venedis profectio visa, facile permovit gentem bellicosissimam, ut, Vandalorum ditiones, aperto Marte invadere mallet, quam eorum demigrationes operiri: maxime, quod bellis eos externis, nimum quantum viderent exinanitos. Itaque domi relictos facile exturbant: profectis domo, in alias terras, reditum negant: redituris, vim, arma, militem, opponunt. Sic vincebantur, qui vicerant hactenus, expellebantur, qui expulerant alios: ex eo puniendi, quo peccati labem adasperant, ait *Schurtzfleischius*.

§. V. Jam ergo pedem, nomenque Venedi, Europae intulerunt, et vocabulum Slaviae Sarmaticae dederunt, regioni longe lateque diffusae. De hac laudatus *Schurtzfleischius*: Slavia Sarmatica, non anguste capienda est: nimis quippe, quod comprehendat, non Polonos modo, sed et Lithuanos, et vastam illam Russorum, seu Moschorum gentem. Illudque adeo iudicio est, Slaviam hanc Sarmaticam, in Asiam usque porrectam fuisse. En primam Slavorum in Europa sedem! Digni Vandalis successores, qui mox, et cum domi ordinassent rempublicam, gentium ac populorum emittebant examina. Sed armata ea, et quae non modo non emittebant aculeam, ut torpere necessum haberent postea, verum, ferociora etiam fierent ex iis bellis, in quibus tirocinia ponebant. Nolo mihi laborem consciscere, qui praefationis modum supergrediatur, ut saltém nomina recenscam, nationum, quae sunt ex Venedorum, Slavorum postea, hac familia, propagatae. Feceré id, et multi, et praeclari viri; atque nuperrime omnium, Ill. *Joh. Christophorus de Jordan*. Ne tamen ἀσάμβολος hinc discedam, injiciam mentionem quorundam. Huc nimirum referendi: Abodriti, qui

et Obotriti, Anthae, Bohemi, Bulgari, Carantanii, Croatae, Limigantes, Moravi, Moscovitae, seu Ruffi, Poloni, Runae, sive Rugii, Silesii, seu Lingua Slezacy, hoc est convenae, Sorabi, seu Swrblawj, Wagrii, Vilzi, forte, ob lupinum ingenium ita dicti. Alii, gentium numerum, ad LXX. exaggerant, quod uti illis non invidemus, ita nostrum non facimus: si monuerimus Lectores, bifariam, gentes, Slavicae originis, fuisse diffusas, in Boream alias, alias in meridiem occidentalem, unde, diversa simul enata Slavia est.

§. VI. Venit hic in mentem cogitare, de *Alexandri M.* privilegio illo, quod adtribuisset Slavis fertur, quodque multum vulgo, ad ostentationem momenti habet. Profecto autem, ita existimamus, nihil, totis illis tabulis inesse, quod saltem veri quidpiam simile habeat; ita, et temporum, et historiae rationes, fabulam esse coarguunt: ut proinde, vix operae pretium fecisse existimandus sit Ill. *Petrus de Reuai* quando commentitium illud diploma, non dubitavit Monarchae suae Hungaricae, intertexere, ut gentem faceret eo gloriosorem. Enim vero, parum habet laudis, opprobrii contra plurimum, nationum actus, fabulosis monumentis celebrare. Solidior multo, gentis Slavicae est gloria, quam ut dubiis encomiis debeat in trustari. Plena de eorum antiquitate, bellis victoriis, variante item fortuna, atque susceptis migrationibus, sunt, apud maxime idoneos scriptores, omnia, quae, qui volet in compendio legere, laudatum Ill. *de Jordan* adeat.

§. VII. Ad Linguam Slavorum quod attinet, cujus nunc Grammaticam, publico praeconio, tibi lector erudite! commendandam duximus: gentis ea, non antiquitatem modo, sed et ingenium aemulatur; ita, et vetustate praestat, et dictionis exuberante quadam copia ac majestate. De ejus, latissime diffuso, et armis ac migrationibus propagato usu,

ex

ex vero sentit; *Révaius* Lingua Slavica, inquit, seu Illirica, hodie omnium latissime patet, ut pote, quae a mari Adriatico, ad Oceanum usque septentrionalem, se extendere videatur: nam ea utuntur Istrii, Dalmatae, Croatae, Bosnenses, Bohemi, Silesii, Lusatii, Poloni, Lithuani, Pruteni, Scandinaviae incolae et Russi, longe lateque imperantes. Bulgari item, et multae aliae vicinae regiones, Constantinopolim fere usque: adeo, ut toto orbe terrarum sit lingua Slavica, qua plurimas gentes et nationes alloqui, mutatis tantum dialectis, ob vicinitatem aliorum populorum, aliquid peregrini habentibus, licet, ut si linguarum gloria, ab usu, familiaritate et latitudine petenda esset, ipsa Slavonica, cum Latina, ceteris palmam eriperet. Cujus adminiculo, prope dimidia Europae pars, nonnulla etiam Asiae, peragrari potest. Haec ita sunt omnino.

§. VIII. Linguae ingenium, atque dialectus, pro diversitate populorum, diversa et ipsa est. Prolixissimam utilemque hic operam navavit, *Illustris de Jordan*, quando de Lingua Slavorum, et harum dialectis, non minus curiose commentatus est, quam cum ratione. Statuit autem, quatuor Slavonismi praecipuas dialectus: Croaticam, Glagolicam, Hungaro-Slavicam, denique Bohemicam, quibus adnumerat quatuor alias, nimirum: Russicam, Polonicam, Slavicam propriam et Dalmaticam. Quid per singulas intelligat, vir Ill. paucis indicium faciemus. Et Croaticam quidem dialectum, parum abest, quin reliquarum, si non matrem, saltem quodammodo, uti purissimam, ita primaevam faciat: credo, ut Csechi inde lingua, emergat, olim svavior cultiorque. Neque tamen aliam vocat dialectum Croaticam, quam quae in hujus metropoli, Zagrabiae, et circumstitis ei vicis atque oppidis, a cultioribus quibusvis, frequentatur. Glagolicam porro dialectum eam mihi
vocare

votare videtur, quae in versione, Sacri Bibliorum Codicis, Slavica, Glagolitico caractere expressa, continetur. Nam, utrum Dialectus Glagolitica, in terris Sisciorum et Charentanorum; (populi hi fuerunt seculo 9. ad Savi et Dravum, nec non in terris, celebris tunc Slavo-Moravici Regni, ad Granuam usque protensi, quorum omnium Apostolum egit S. Cyrillus,) in usu fuerit, valde dubitat. Arbitrantur contra ea S. Cyrillum primam operam implantandi Christianismi, Bulgaris, Slavis, Constantinopolitano imperio vicinis, impendisse, dein in Moraviam accitum, ibidem et in terris quoque Savi et Dravi fluminum, quas transferat, fidei semina jecisse. Quid ergo mirum, si ille fors in Dialecto peculiari Bulgarica, cujus peritiam, jam Constantinopoli sibi comparaverat, sacram scripturam, et dogmata sua, inventis ad id, novis a se literis, ediderit? Hanc dialectum, utpote, aequè pure Slavicam, populi hi, licet aliò communi more loquendi uterentur, percipere et in sacris faciendis, adoptare poterant. Sed Dialectum Hungaro-Slavicam, vernaculam propemodum judicat Hungariae. quod ei lubentes largimur; cum non modo ultimo suo adventu, Slavos, per cis-danubranam Hungariam, repererint inquilinos, nostri Hungari; sed adduxerint etiam secum Russos, Slavicum genus, partim sponte in demigrationis eam societatem concedentes, partim coactos, jure obsidum; id quod in edita nuper, Anonymi historia ducum hung. passim et diserte legas. Quid? quod jam tum annis 334, 454 et 526. Slavicis, ex Hungaria demigrationes meminerit Ill. *Jordanus*. Denique dialectum Bohemico-Slavicam, tanquam cultissimam, et jure quidem optimo, praedicat. Si verum est, Csechum, ex Croatia, huc immigravisse, de quo equidem ambigo, omnino Mater ei, Croatica fuerit. Sed quam Csechi, Croatarum posteri, omnium excoluerint diligentissime, idque

que nativa quadam efficacia atque elegantia. Fuere enim Bohemi, ad invidiam usque gentium circumfitarum, Linguae suae amantes. Quod, cum S. Bibliorum Codicis frequens, ac subinde emendatior elegantiorque editio, tum innumerorum scriptorum, sacrorum ac profanorum, facta, cum cura, elucubratio, satis superque condocent. Quod quidem: excolendae linguae Bohemicae studium, nisi intervertissent, temporum, quae intercessere, conversiones, nulla non cum Europea lingua, de elegantia et maiestate, ac dotum aliorum gloria, nunc posset, Bohemica, certare: maxime, quod publica negotia fere omnia, patria lingua, cum tractabantur in collegiis, tum referebantur etiam in tabulas, librosque memoriales, quos protocolla vocamus. Ad dialectus reliquas, quod adtinet, Polonicam puta, Slavicam propriam, Russicam, Dalmaticam et Carantheticam, multa illis, cum prioribus, de quibus diximus, juxta et invicem, est cognatio: ut facili omnes negotio, ad easdem regulas Grammaticas, reduci possent, si esset eruditus aliquis, qui eam curam studiumque auderet occupare, atque tam diu prosequi, dum in vado res foret constituta, quae tamen res, philologum exspectet oportet, consumatissimum eum, et cum ceterarum Europae linguarum, apprime peritum; tum praecipuarum linguae Slavonicae dialectorum: Croaticae nimirum, Bohemo-Slavicae, Polonicae, atque Moscoviticae, longe omnium gnarissimum.

§. IX. Campum hic mihi adaperiri video, latissime porrectum, et in quem commode liceret exspatiari, si esset volupe, in laudes linguae Bohemico-Slavicae diffundi; sed, quia eam curam, oppido dignam pretio operae, cum vernae Grammatici, tum luculenti scriptores alii, ad invidiam usque exaggeraverunt: Iliada post Homerum scribere velle, possemus existimari, si in re, jam pridem in luce meridiana

diana collocata, porro elaborare conniteremur. Nam fuere omnino Bohemi, eruditi illi, et quibus cordi fuit egregii publici procuratio, cum in reliquo studiorum genere, tum in lingua sua patria, etiam atque etiam percolenda, atque id quidem, ante gentes, quae nunc cultissimae habentur, perpetuo indefessi. — Enumerat hic Belius plurimos auctores, qui in Grammaticis linguae Bohemicae conscribendis, decursu plurimum annorum operam navarunt, quibus expositis narrare pergit. — Hi interim, quorum mentionem habuimus, omnes, et plures alii, ex vetustioribus praecipue, qui in eadem sudavere officina, linguam Bohemicam, Wenceslainam illam, a *S. Wenceslao* ita nuncupatam, ibant illustratum, ac profecerunt sane eousque, ut habeant, quod gloriantur Bohemi, sive de copia, sive de elegantia, sive de maiestate linguae suae. Enim vero, copia nominum et verborum tanta illi inest, ut nulli linguae, ne Graece quidem, cedere cogatur. Nam nihil tam arduum est (ne ipsa quidem transnaturalis scientia *Metaphysica*) quod non intelligenter et significanter efferre queamus, idiomate nostro Bohemico, verba sunt *Rosae* in praefatione. Addo, experiundo conductus; nam et ipse equidem, cum amantem me, tum peritum linguae Slavo-Bohemicae esse, mihi met sum conscius; omnium Europae linguarum decora, non aemulari modo, sed vincere etiam, unam nostram Bohemicam, posse. Neque enim, si quod ex vero iudicare poterimus, Hispanicae, grauitate maiestateque; blanditiae ac facilitate, Gallicae; Anglicae, sublimitate efficacitateque; Germanicae, sensus et emphaseos ubertate; lenitate ac suavitate Italicae; denique Hungaricae nostrae, imperiosa illa severitate, quidquam concedit: ita absolutarum est qualitatum, si, viri ea utantur, docti, eloquentes, et ad socialitatem nati efformatique.

§. X. Cave autem existimes, lector benevole! nuper demum has perfectiones, linguae Bohemicae, conciliatas esse: a primis religionis Christianae, in gente Bohemæ, incunabulis; crevit linguae simul decus. Geminum praecocis, sed maturescentis subinde incrementi ejus, fontem, *Balbinus* indicat. Alter, SS. Fratrum, *Cyrilli et Methodii*, beneficum est: alter, romanorum pontificum, in gentem Bohemicam, pia quaedam propensio, de utroque, eodem loco *Balbinus*: illud unum pulcherrimum beneficii genus, quod cultum literarum, quem ad eum diem bellicosa natio contemserat, Bohemis, *Methodius* invexit, scholasque multis in locis aperuit, ac praecipue in vrbe Budetz, in qua olim academiam quandam ethnici habuerunt, christianis magistris commisit, ubi postea *Wenceslaus*, et frater *Boleslaus*, regii pueri, et cuncta Bohemiae nobilitas, liberalibus disciplinis operam dedit, tanta Slavicae gentis, ac linguae, gloria, ut antiquissimus eorum temporum scriptor, quem *Marquardus Freherus* typis vulgavit, queratur: *Methodii* philosophi, sic enim virum sanctum adpellat, opera factum, ut Latinae literae, tempestate sua vilescerent, cum nimirum *Methodius*, et *S. Cyrillus*, Slavicas literas invenissent, et pontifice romano permitte, Slavica lingua in templis uterentur, eoque sermone, divina peragerent mysteria, ac discipulis quaque versum dimissis, cum religione, etiam linguam commendarent et propagarent. Tantum est, meliores literas, in religionis admisisse societatem! quantum ergo fuerit damnum, religionem, bonis literis orbavisse? Multis, sicuti constat eruditis, *Methodii*, administrandorum sacrorum, vernacula haec methodus, controversiis, sed et in re aequissima, victoriis locum fecit. Certe *Carolus IV.* imperator et rex Bohemiae, id a *Clemente VI.* papa obtinuit, ut Pragae, in Basilica Slovanensi, honori *S. Hieronymi*,

nymi, in venerationem linguae Slavicae erecta; facta peragerantur. sola lingua Slavica: credo, imitatione *S. Adalberti*, qui id anno 977: Romae impetraverat, ut Pragae; ad *S. Vitum*; quotidie Slavonice caneretur. Ut taceamus, ejusdem *Caroli. IV.* studia, linguam Bohemicam, ad maximam, quam posset, evehendi celebritatem, etiam in vita civili: quando, id in bulla aurea, quae hucdum, romani imperii lex est fundamentalis, sancivit; ut septemviri, seu electores omnes ac singuli, Slavice, et loqui scirent, et scribere.

§. XI. His, tam insignibus auctoramentis, civilibus et ecclesiasticis; adducta, cum gens universim omnis, atque in hac, viri praecipue docti; tum proceres ejus, optimatesque, certatim in eam curam incubuere, ut lingua sua, domi quidem, quam cultissima sit, apud alienigenas vero ac foris, omnem mereatur existimationem, eosque ad sui cultum, sola rei dignitate, illiciat. Quod et ita evenit omnino. Ingruit tandem Hussitarum tempestas; quae, cum diu satis, ac longe lateque defaevierit; mirum dictu, adeo nihil detrivit de flore ac gloria linguae Bohemicae, ut eam simul reddiderit augustiorem, atque regionibus etiam iis populisque, si non familiarem, saltem cognitam, quos, belli haec fulmina, armis, populationibus ac rapinis, vel contemperaverunt, vel irreparabilibus damnis, vastitateque adfixerunt. Vernacula jam tum Hungariae fuit lingua Slavonica: quippe quam, inde ab adventu Hungarorum sub septem ducibus, loquebantur, reliquiae Slavorum, cis-Danubium, his provinciis colentes, quae sunt Slavicae populis, Moravis, Silesiis, Polonis atque Russis, limitaneae. At enim vero, ea tunc, cum populo, tum lingua Slavicae, facta est in Hungaria accessio; quae, ne copiosissimis quidem ac requietis coloniis, fieri potuisset, sive uberior, sive effica-

efficacior. Praeterquam enim, quod post debellatos, a *Matthia Corvino*, hussitas, innumera Bohemorum multitudo, regionis capta foecunditate, in Hungaria, civitate donata, sedes fixerit, linguam certe Slavorum indigenarum, ad eum perduxit cultum elegantiamque, ut hodie quoque, multi sint in gente Slavica, qui in sermone suo vernaculo, Bohemicae linguae, nativum illud decus, aemulentur, immo prorsus referant, exprimantque. Ne quid de Bohemiae conversionibus, quae pulso *Friderico* Palatino, sunt consequutae, commemorem: nam et tunc insignis rebus, ac linguae Slavicae, facta in Hungaria fuit accessio. Quibus rebus evenit, ut non modo eruditi in Hungaria viri; sed Magnates etiam, et ex nobilitate eorum comitatum, in quibus lingua Slavica vernacula est, curam, linguae Slavo Bohemicae, cultumque, ad se pertinere existimaverint. In his censemus: Szunyoghios, Illésházios, Thurzones, Osztróthios, Zayos, ceteros: atque ex equestri ordine: Szulyowfzkyos, Szerdahelyos, Révaios, Iusthios, Otlíkios, Beniczkyos, Plathios, Podthurnyaios, reliquos. E doctis in primis emicuerunt: Hrabeczii, Hodikii, Kalinkii, Maszniczii, Michalidesii, Krmanii Iacobseii. Cum hos omnes, tum singulos, summa industria aemulaturus, in partem ejusdem, et curae, et laudis, suo quodam, eoque honestissimo, instinctu, venit *Cl. Paulus Dolefschall*, Szakolcensis Slavo Bohemus, vir oppido doctus, et cum aliarum linguarum gnarus, tum Slavo-Bohemicae cum primis longe peritissimus. *Haecenus Belius.*

